ROMA AETERNA



SIGNIFICATIO VERBORVM

Capitulorum XXXVI-LVI

Iōannēs Paulus Ferdinandī Flūminis
sīve Murgēnsis composuit

ROMA AETERNA
SIGNIFICATIO VERBORUM CAPITULORUM XXXVI-LVI

Juan Pablo Fernández del Río, 2012

Hoc opus consignatum est sub *Creative Commons* diplomate

Omnia iura operis cui titulus est ‘Lingua Latina Per Se Illustrata’ sunt auctoris Hans H. Ørberg et ‘Domus Latinae’ editricis

Hoc est vocabularium significationem praebens vocabulorum libri, cui titulus est ‘Lingua Latina Per Se Illustrata. Pars II: Roma Aeterna’. Haec criteria sequitur:

1) addita sunt ea vocabula et finitiones libri cui titulus est ‘Familia Romana’, quae alio sensu iterum in hoc volumine inveniuntur;

2) ut exscripta sint vocabula et finitiones sicut in libro inventa, tamen nonnullis iisque imaginibus significatis additae sunt aliae finitiones;

3) si finitiones sunt plùs quàm una, omnes enumerantur;

4) quantitas vocalium deest nisi eâ vocabulum aut casus ab alio distingui potest; infinitivus coniugationis secundae semper -êre scribitur, ut ab tertiâ distinguatur; item ablativus singularis primae declinationis semper -â et genetivus singularis atque accusativus nominativusque pluralis quartae declinationis semper -ûs scribitur, ut ab aliis casibus distinguantur.

5) adverbia et coniunctiones ab aliis orationis partibus apice (`) super ultimam vocabuli vocalem addito distinguuntur: cf. certò (adverbium) et certo (ablativus vel dativus singularis adiectivi certus -a -um).

MMMCVIII vocabula addita

A

ab-alienare (< alienus) ↔ conciliare
ab-dere -didisse -ditum = celare
abditus -a -um = occultus
ab-ducere = ab aliquo ducere, removêre, auferre, avertere, tollere
ab-esse a-fuisse = 1. ↔ adesse; 2. non multùm abest quin: paene fit
ab-horrêre ab ↔ convenire ad
ab-igere -egisse -actum = ab loco boves agere, pellere
ab-ire = 1. ↔ ad-ire; 2. in aliquid abire: in aliquid mutare; 3. in alicuius mores a.: alicuius mores sequi
ab-olêre -evisse = delêre
ab-olescere -evisse = aboleri, e memoria exire
ab-ripere = vi abducere, auferre, tollere, rapere, eripere
ab-rogare = iussu populi adimere
ab-rumpere = subitò finire
abs-cedere = abire (↔ accedere)
ab-solvere ↔ condemnare, culpare
abs-terrêre = deterrêre
abstinens -entis ↔ cupidus
abs-tinêre <abs +tenêre = 1. aliquem /aliquid procul ab aliquo tenêre; 2. bello abstinêre: a bello se abstinêre, non agere
abs-trahere = distrahere
ab-sumere = 1. consumere, perdere; 2. occidere
abundans -antis = copiosus (< copia)
abundantia -ae *f* = nimia copia
ab-undare = 1. superfundi; 2. abundare (re): abunde habêre (rei)
abunde = plùs quàm satis, nimis
ab-uti = plane uti
ac-cedere = 1. adire; 2. addi
ac-cendere = 1. incendere, ignem ex aliquo facere; 2. excitare, incitare; 3. suscitare, exsuscitare
accensus -a -um = iratus
acceptus -a -um = gratus
accersere -ivisse -itum = arcessere
accesio -onis *f* = quod accedit (: additur)
ac-cidere = 1. fieri; 2. (fama) accidit: affertur, auditur; 3. ad aures pervenire, audiri
ac-cingere = cingere; accingi: se armare
ac-cipere = 1. datum sumere; 2. recipere, admittere; 3. audire, discere; 4. animo capere; 5. comperire, audire; 6. accepimus: nobis traditum est
ac-cire = arcessere, vocare
ac-clamare = clamare (multitudo)
ac-colere (locum) = incolere (ad locum)
ac-commodare = aptum facere
ac-cubare = ad mensam cubare
ac-cumbere -cubuisse = accubantem se ponere
accuratus -a -um = cum curâ factus
acer acris acre = 1. cupidus agendi, impiger; 2. cruentus
acerbus -a -um = 1. ↔ dulcis; 2. molestus, durus
acervus -i *m* = res collatae et in unum collectae
acies -ei *f* = 1. exercitus in tres ordines instructus; 2. proelium; 3. sensus acer, vis videndi
ac-quiescere -quievisse = quietus fieri
ac-quirere = aliquid novi sibi comparare
acta -orum *n pl* = quae acta (et scripta) sunt
actio -onis *f* (< agere) = 1. quod agitur; 2. motus corporis in dicendo
actor -oris *m* = qui (causas) agit
acutus -a -um = 1. qui bene secat; 2. id cuius extrema pars vulnerat; 3. (sonus) acutus: clarus, tenuis (ut vox feminarum et puerorum) ↔ gravis
ad +*acc* = 1. ↔ ab; 2. casus dativus; 3. tempus aut locus quando aut ubi aliquid finit; 4. motus; 5. apud; 6. causa (cum gerundio); 7. ad + numerus: circa, circiter; 8. ad hoc: praeterea
ad-amare = amare incipere
ad-ducere = 1. ad aliquem ducere, afferre, inducere, ↔ abducere; 2. trahere
ad-eo = 1. tam valde, ita; 2. adeo +*adi*: tam; 3. praeterea

ad-esse af-fuisse = 1. hìc esse; 2. a. alicui: auxilium ferre (↔ deesse); 3. animo a.: animum advertere
ad-hortari = hortari
adhortator -oris *m* = qui adhortator
ad-icere (-iicere) -io = addere
ad-igere = cogere
ad-imere -emisse -emptum = ↔ dare
ad-ipisci -eptum = (rem optandam) consequi, habêre incipere (↔ amittere)
aditus -us *m* < adire
ad-iungere = 1. addere; 2. iungere
ad-minister -tri *m* = minister
ad-ministra -ae *f* = ministra
ad-ministrare = regere
ad-mirari = 1. mirari (rem magnificam); 2. aliquem optimum existimare
ad-miratio -onis *f* <admirari
ad-miscêre = addendo miscêre
ad-modum = valde, plane
ad-monêre = 1. monêre; 2. admonêre alicuius: a. de aliquo
admonitus -us *m* <admonêre
ad-movêre = 1. dare, apponere (ubera, aures, manûs, et c.); 2. afferre aliud prope alio; 3. adducere
admurmuratio -onis *f* = murmur assentium
ad-niti = eniti
adnotatiuncula -ae *f* = commentarius brevis
adolescere -levisse = adulescens fieri
ad-optare = loco filii in familiam suam suscipere
adoptatio -onis *f* = adoptio
adoptio -onis *f* < adoptare; in adoptionem dare: adoptandum dare
ad-oriri = oppugnare
ad-ornare = ornare, armare
ad-stare = stare ad/prope aliquem
ad-suescere (+*dat*) = usu noscere et morem sibi facere
adulescentia -ae *f* = aetas adulescentis
adulter -eri *m* = qui adulterium fecit
adulterinus -a -um = factus ad fallendum, falsus
adulterium -i *n* = facinus coniugii violandi
adultus -a -um = qui iam adolevit
aduncus -a -um = extremâ parte curvus
advena -ae *m/f* = is qui advenit
ad-venire = ad locum venire
adventare (locum) = appropinquare (loco)
adventicius -a -um = qui advenit
adventus -us *m* <advenire (↔ discessus)
adversari (+*dat*) = adversus loqui, resistere
adversarius -i *m* = qui adversus est, hostis
adversum +*acc* = 1. adversus; 2. contra
adversus -a -um = 1. ↔ secundus; 2. contrarius; 3. (vulnus) adversum: in pectore acceptum; 4. ex adverso: a fronte, ante se; 5. in loco contrario positus, oppositus
ad-vertere = animadvertere
ad-vocare = vocare ad locum
aedes -is *f* = 1. templum; 2. *pl* domus
aedilicius -i *m* = qui aedilis fuit
aedilis -is *m* = magistratus qui vias, aedificia publica ac ludos curat.
aedilitas -atis *f* = dignitas aedilis
aeger -gra -grum = 1. ↔ sanus; 2. aeger animi: maestus
aegre = 1. ↔ libenter; 2. aegre pati/ferre: moleste pati/ferre; 3. vix, magno cum labore
aêneus -a -um = aereus
aequabilis -e = aequus
aequabilitas -atis *f* < aequabilis -e
aequalis -is *m/f* = homo eiusdem aetatis
aequare = 1. aequus esse (atque); 2. aequum facere
aequor -oris *n* = mare summum, mare
aequus -a -um = 1. eiusdem qualitatis aut quantitatis; 2. constans; 3. (locus) aequus ↔ clivus; 4. iustus, omnibus aeque probandus; 5. iustus (↔ iniquus = iniustus); 6. aequum est: oportet
aerarium -i *n* <aes = locus ubi pecunia publica deponitur ac servatur
aeratus -a -um = aere opertus
aereus -a -um = ex aere factus
aes aeris *n* = 1. metallum ferro pretiosius ex quo asses efficiuntur; 2. pecunia, asses
aesculetum -i *n* = silva quercuum

aestivus -a -um < aestas (↔ hibernus)

aestuosus -a -um = fervens, turbidus

aetas -atis *f* = 1. anni quos aliquis vixit, vita; 2. tempus, aevum; 3. aetatem agere: vivere

aeternus -a -um = perpetuus

aether -eris *m* = aer summus, caelum

aevum -i *n* = tempus continuum, aetas

affectare = adipisci conari, petere

af-ferre at-tulisse al-latum <ad-ferre = 1. ferre propè; 2. nuntiare

af-ficere -io -fecisse -fectum = 1. permovêre, commovêre, tangere; 2. (morbo) affici: (in morbum) conici

af-fingere = fingendo adicere

af-firmare = certò dicere

af-fligere -ixisse -ictum = 1. percellere; 2. prosternere

af-fluere = ad aliquem locum fluere

Africus -i *m* = ventus qui ab Africâ flat

agere egisse actum = 1. auctor actionis esse; 2. agitur: fit; 3. euntem facere (ante se); 4. agi: fieri; 5. efficere; 6. sub aliquo a.: sub alicuius imperio agere; 7. gerere, se praebêre/ostendere; 8. XXIV annum agens: XXIV annos natus; 9. causam alicuius a.: oratione defendere aliquem; 10. causam agere: reum in iudicio defendere; 11. se a.: agere, se praebêre; 12. cum populo agere: ius populo dicere; 13. cum aliquo agere: colloqui; 14. agitur res/de re: in discrimine est; 15. de vectigalibus agitur: vectigalia aguntur; 16. de aliquo actum esse: rem alicuius actam esse; 17. colloqui (de)

agger -is *m* = vallum e terrâ factum

ag-gredi -gressum = 1. oppugnare, adoriri; 2. a. ad: incipere; 3. a. +*inf.* incipere, conari

agitare = 1. citò movêre; 2. agere; 3. vitam agere, vivere; 4. animo/secum agitare: cogitare; 5. exagitare

agitatio -onis *f* = < agitare

agmen -inis *n* = 1. exercitus progrediens; 2. iter, cursus ordine facere

agna -ae *f* = agni femina

agnoscere -ovisse = recognoscere

agrarius -a -um = de agro (dividendo)

agrestis -e <ager = rusticus

agrestis -is *m* = agricola

ala -ae *f* = 1. quibus aves volant; 2. cornu

alacer -cris -cre = promptus, cupidus

alatus -a -um = qui alas gerit

alere -uisse altum = 1. cibum dare; 2. tueri, sustinêre; 3. augêre

ales -itis *f* = avis

aliàs *adv* = alio tempore

al-ibi = alio loco

alieni-gena -ae *m* = in alienâ patriâ genitus, peregrinus

alienus -a -um = 1. non suus, alterius; 2. peregrinus, extraneus

aliò *adv* = 1. ad aliud; 2. in alium locum

aliquam-diu = aliquantum temporis (nescio quamdiu)

ali-quando = 1. aliquo tempore (nescio quando), olim; 2. tandem

ali-unde = ex alio loco, ex aliâ re

alius -a -ud = 1. ↔ idem; 2. alter; 3. alii ... alii: hi ... illi; 4. alius aliâ viâ: alter alterâ viâ (primâ), alter alterâ (secundâ); 5. alius alio: in suum quisque locum

al-licere -io -lexisse -lectum = blanditiis (< blandiri) adducere

al-ligare = ad aliquid ligare, vincire, ligando coniungere

al-loqui <ad-loqui

altaria -ium *n pl* = ara

altitudo -inis *f* < altus

altus -a -um = 1. ↔ humilis; 2. profundus, ↔ brevis

alveus -i *m* = 1. res cava; 2. (fluminis) a.: spatium inter ripas

amarus -a -um = acerbus

amatorius -a -um <amor

ambo -ae -o (*acc* -os -as -o) = 1. duo simul (contrà uterque tempore diverso significat); 2. res naturaliter duplex significat, ut ambae manûs.

a-mens -entis = cui mens abest, insanus

amictus -us *m* = pallium

a-migrare = migrare

amoenitas -atis *f* < amoenus
amphora -ae *f* = vas inferiore parte acutâ qui utrimque prehendere et portari poterat
am-plecti = 1. complecti; 2. retinêre
ampliare = amplificare
amplificare = ampliorem facere
amplitudo -inis *f* < amplus
amplius = plùs
amplus -a -um = magnus, latus et altus
amputare = recidere, adimere (cultro)
an = 1. aut; 2. nonne; 3. num; 4. an quicquam: nihil enim
anceps -cipitis = 1. in utramque parte versus; 2. dubius
ancile -is *n* = clipeus Saliorum
anfractus -us *m* = solis cursus annuus; solis anfractus reditusque: annus
anguis -is *m* = serpens
angulus -i *m* = pars aedificii ubi duo muri conveniunt
angustiae -arum *f pl* (< angustus) = fauces
animare = animam/vitam dare
animus -i *m* = 1. ↔ corpus; 2. (bonus) animus ↔ timor; 3. animus (fortis): fortitudo, virtus; 4. animi: fortitudo, superbia; 5. in animo alicui est: consilium alicuius est, certum alicui est
annalis -e <annus
annalis -is *m* = (libri) annales: chronici
anniversarius -a -um = qui quottannis fit
annuus -a -um = qui annum manet
antè = antea
ante-capere = ante tempus alicuius rei curam habêre
ante-cedere = praestare, melior esse (quàm)
ante-cellere = excellere, praestare
ante-ferre = anteponere, praeferre
ante-ire = 1. alicui a.: ire ante aliquem; 2. antecedere
ante-ponere = praeferre
ante-venire = prius venire
antiquitas -atis *f* = aetas antiqua
antrum -i *n* = locus apertus inter saxa
anxius -a -um = 1. trepidus, timidus; 2. a. esse: metuere
ante-venire = priùs venire providendo
aper apri *m* = porcus ferus qui in montibus habitat
aperire = 1. ↔ claudere; 2. patefacere, palam ostendere
ap-parare = parare
apparatus -us *m* < apparare
ap-parêre -uisse = 1. in conspectum venire; 2. apparet: planum est, intellegitur
ap-pellare = 1. nominare; 2. vocare; 3. alloqui
ap-pellere -pulisse -pulsum = navem ducere
ap-petere = cupide petere; appetens: cupidus
ap-plicare = adiungere
ap-prehendere = prehendere (manu)
ap-probare = probare
apricus -a -um = soli apertus (↔ opacus)
apte = commode
aptus -a -um = idoneus, conveniens
apud +*acc* = 1. cum; 2. iuxta; 3. in +*abl*
aqua -ae *f* = 1. quod fert nimbus et sitem restinguit; 2. aquae ductus: opus quo aqua de montibus in urbem deducitur
aquari = aquam petere
aquator -oris *m* = qui aquatur
Aquilo -onis *m* = 1. ventus qui flat a septentrionibus; 2. septentriones ↔ auster: meridies
ara -ae *f* = locus in quo sacrificia fiunt
arbiter -tri *m* = 1. testis; 2. is qui decernit, iudex aequus
arbitratus -us *m* = arbitrium, voluntas
arbitrium -i *n* = iudicium, imperium
arcêre = prohibêre
arcessere -ivisse -itum = aliquem venire facere, vocare
arcuatus -a -um = qui formam arcûs habet
arcus -us *m* = 1. quo sagittae iaciuntur; 2. opus curvum inter II columnas factum
ardêre -sisse -sum = ignem et fumum ferre
ardor -oris *m* = 1. studium ardens; 2. calor urens
area -ae *f* = 1. spatium apertum; 2. spatium ad domum aedificanda
arguere -uisse -utum = 1. verum esse demonstrare; 2. accusando dicere, accusare

argumentum -i *n* =id quod arguitur
aridus -a -um = siccus, torridus
aries -etis *m* = 1. ovis; 2. machina bellica ad portas decutiendas
armare = 1. armis parare; 2. se a.: arma capere
armatura -ae *f* = milites; levis a.: milites leviter armati
armentum -i *n* = pecus maius, boves
armilla -ae *f* = ornamentum rotundum quo bracchium ornatur
ar-ridêre = ridêre
ar-ripere -uisse -reptum = apprehendere
ar-rogare = postulare
ars artis *f* = 1. id quod aliquis facere potest; 2. scientia; 3. artes: philosophia, litterae, cet.; 4. artes: mores
artifex -icis *m* = vir artis peritus
artificium -i *n* = ars
artus -a -um = 1. confertus, angustus; 2. a. somnus: gravis somnus
arvum -i *n* = ager qui aratur
arx arcis *f* = mons arduus naturâ et opere munitus
a-sciscere -ivisse -itum = (socium) assumere
asper -a -um = 1. durus, difficilis, molestus; 2. (locus) asper: difficilis, iniquus
asperitas -atis *f* < asper
as-sensus -us *m* < assentire
as-sentire/-ri +*dat* = consentire cum
as-sequi = consequi, adipisci
as-serere -ruisse -rtum = arrogare
as-sidere = considere
assiduitas -atis *f* < assiduus
assiduus -a -um = qui semper adest
as-signare = 1. tribuere (suam cuique partem), utendum tradere; 2. destinare
as-sumere = 1. sibi prudentiam assumere: se prudentem esse affirmare; 2. sumere
as-surgere = surgere
astrologus -i *m* = qui astris studet
astrum -i *n* = stella
asylum -i *n* = locus tutus quo confugiunt profugi
at = 1. sed; 2. tantùm, saltem; 3. tamen
athleta -ae *m* = homo qui in ludicris certat
atqui = at tamen
atrium -i *n* = 1. locus domi amplus; 2. locus columnis circumdatus
atrox -ocis = crudelis, inhumanus
at-tenuare = tenuem facere, mitigare
at-terere -trivisse -tritum = minuere, debilitare
at-tinêre = pertinêre
at-tingere -tigisse -tactum <ad+tangere = 1. tangere; 2. pervenire; 3. contingere, iuxtà esse, vicinus esse; 4. adire
attonitus -a -um = stupefactus
auctor -oris *m* = 1. is a quo res orta est, qui primus rem constituit (originis auctor: pater); 2. is qui aliquid egit; 3. aliquem auctorem sequi: alicuius exemplum sequi; 4. (patres) auctores fieri: regem creatum probare; 5. a. esse alicuius rei: suadêre aliquem rem; 6. a. esse: tradere
auctoritas -atis *f* = 1. ius imperandi, potentia; 2. sententia, consilium
audire = 1. auribus sonum accipere; 2. animadvertere; 3. exaudire (quod parvâ voce dicitur); 4. dicto audiens esse: parêre
au-ferre abs-tulisse ab-latum <ab-ferre = 1. ferre procul; 2. eripere
augescere = augeri incipere, crescere
augur -is *m* = sacerdos qui auspicatur
augurium -i *n* = 1. auspicium; 2. sensus rei futurae, omen
augustus -a -um = deo dignus, magnificus
aula -ae *f* = regia
aura -ae *f* = ventus levis
auratus -a -um = auro opertus
aureus -a -um = 1. ex auro factus; 2. illustris, pulchrus (ut aurum)
aureus -i *m* = nummus aureus (I aureus = XXV denarii = C sertertii)
aurora -ae *f* = prima lux (ante solem ortum)
auspicari = aves aspicere (quae numen deorum ostendunt)
auspicatò = postquam auspicatus est
auspicium -i *n* = 1. signum avium divinum; 2. ius auspicii, imperium ducis (nam dux solus belli auspicium habet); 3. in auspiciis esse: auspicari

Auster -tri *m* = 1. Notus; 2. meridies
australis -e (< auster) ↔ septentrionalis
avaritia -ae *f* < avarus
a-vehere ↔ advehere
a-vellere -vellisse -vulsum = abripere
avêre = valde cupere
a-versus -a -um (< avertere) = a tergo
a-vertere = 1. vertere aliò (et procedere); 2. prohibêre; 3. removêre; 4. facere aliquid vertere, arcêre
avidus -a -um (< avêre) = valde cupidus
avitus -a -um < avus
a-volare = avehi quasi volans
avus -i *m* = pater patris/matris

B

balneae -arum *f* = balnea publica
barba -ae *f* = capilli infra os auresque
basilica -ae *f* = aedificium publicum in quo et alia multa negotia aguntur et ius inter cives dicitur
bellare = bellum gerere, pugnare
bellator -oris *m* <bellare = miles
bellicosus -a -um = belli studiosus
bellicus -a -um < bellum
belua -ae *f* = fera
benignus -a -um = qui alicui bene vult
bibliotheca -ae *f* = locus ubi libri servantur
biduum -i *n* = duo dies
biennium -i *n* = duo anni
bini -ae -a = 1. II et II; 2. duo, ambo; 3. duo (pluralia tantum)
blande = urbane
blandiri (+*dat*) = blandis verbis suadêre
blandus -a -um = concilians, laudans
boarius -a -um <bos
bonum -i *n* = 1. bona res, ↔ malum; 2. bona: ea quae aliquis possidet
bos bovis *m/f* (*pl* boves boum, *dat/abl* bobus) = pecus maius
brevarium -i *n* = liber brevis
brevì = brevi tempore, mox
brutus -a -um = stultus

C

cadere cecidisse = 1. de alto loco ad humum movêre; 2. minuere; (animus) cadere: (animus) minui
caducus -a -um = qui facilè cadit
caecus -a -um = 1. qui vidêre non potest; 2. dubius, qui nescit quo eat; 3. animo captus
caedes -is *f* = 1. <caedere; 2. caro
caelestis -e = 1. <caelum; 2. caelestes: di
caelites -um *m pl* = caelestes, di
caelum -i *n* = 1. pars mundi superior (sedes deorum); 2. tempestas
caerimonia -ae *f* = ritus
calamitas -atis *f* = mala fortuna, clades
calcar -aris *n* = stimulus (< stimulare) ferreus in pedis posterioris parte ligatus ad equos stimulandos
callidus -a -um = prudens ac peritus
callis -is *f* = via angusta, difficilis
candelabrum -i *n* = sacrum Iudaeorum quo ignes tenentur
candor -oris *m* = color candidus
canere cecinisse = 1. cantare; 2. sonare instrumentum; 3. aliquid canere: de aliquo carminibus scribere; 4. versibus praedicere; 5. signum canere: tubâ signum pugnae dare
cantare = 1. vocem pulchre sonare; 2. versûs canere; 3. versibus narrare
capere -io cepisse captum = 1. fugientem prehendere; manibus prehendere; 2. vi prehendere; 3. sumere; carpere, colligere; 4. (oppidum) expugnare; 5. continêre (in se habêre) posse; 6. fugam capere: fugere; 7. animo capere: intellegere
capra -ae *f* = animal cornua gerens atque in montibus habitans quod per saxa salit et carne cuius atque lacte homines aluntur
captivus -i *m* = miles bello captus
caput -itis *n* = 1. summa hominis, prima animalium corporis pars; 2. prima urbs imperii; 3. prima pars alicuius rei; 4. princeps; 5. homo; 6. vita; 7. capite punire: puniendi causa interficere; 8. capitis damnare: ad mortem damnare; 9. capite census: proletarius
carina -ae *f* = trabs navis infima

caritas -atis *f* <carus = 1. amor, gratia; 2. magnum pretium, ↔ vilitas

carpentum -i *n* = currus duarum rotarum

casa -ae *f* = parva domus pauper

castellum -i *n* = locus munitus

castigare = reprehendere

castigator -oris *m* <castigare

castitas -atis *f* <castus

castra -orum *n pl* = 1. locus structus ut milites aliquamdiu morentur; 2. quartis castris: quarto die (exercitus in itinere cotidie castra ponit)

castus -a -um = pudicus; uxor casta: quae maritum solum amat

casù = fortè

casus -us *m* = 1. <cadere; 2. quo verba declinantur: nominativus, genetivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus; 3. id quod accidit; 4. quod fortè accidit, calamitas; 5. casu: fortè

caterva -ae *f* = multitudo hominum

caudex -icis *m* = stipes

causa -ae *f* = 1. id quare aliquis aliquo modo agitur; 2. res iudicanda; 3. alicuius causa: quod pro aliquo dici potest in iudicio

causâ +*gen* = ut +*coni*, ad +*ger*, ob +*acc*, praeter +*acc* (praepositio finalis); meâ causâ: quia mihi convenit

cavea -ae *f* = locus quo aves includuntur

cavêre cavisse cautum = 1. c. ne: vitare, curare ne aliquid accidat; 2. cavêre +*coni*: cavêre ne

cavus -a -um = cuius media pars vacua est

-ce (v.g. huius-ce, hic-ce, sic-ce et c.) = vim addit verbo cui coniungitur

celare = occultare (↔ patefacere)

celeber -bris -bre = 1. (locus) quo multi conveniunt; 2. omnibus notus, illustris

celebrare = 1. celebrem facere, nobilitare; 2. (diem) c.: festum habêre

celebratus -a -um = celeber, illustris

celebritas -atis *f* (< celeber) = 1. conventus multorum; 2. fama

celeritas -atis *f* < celer

cella -ae *f* = locus in templo clausus

celsus -a -um = altus

censêre -uisse -sum = 1. existimare, putare; senator iudicare, dicere id quod existimat; 2. civês censêre: pecuniam civium aestimare/numerare

censor -oris *m* = vir qui censui praeest

censura -ae *f* = magistratus censoris

census -us *m* <censêre (= aestimare) = pecunia quae censetur

centuria -ae *f* = 1. militum numerus C; 2. quaeque ex CXCIII partibus in quibus populus Romanus ex censu discriptus est

centuriatus -a -um = comitia c.: comitia quibus populus suffragio per centurias consules creat

centuriatus -us *m* = dignitas centurionis

centurio -onis *m* = 1. miles qui centuriae praefectus est; 2. unus ex binis milites singulis manipulis praefectis

cernere crevisse cretum = 1. vidêre (id quod procul abest); 2. vidêre aliud aliis dissimile esse, discernere, distinguere

certus -a -um = 1. ↔ dubius; 2. ineluctabilis; 3. (amicus) certus: fidus; 4. certum mihi est: certum consilium meum est; 5. c.um habêre: certo scire; 6. pro certo: certò; 7. eum certiorem facere: ei nuntiare

cervus -i *m* = animal cuius cornua arboris rami videntur

cessare = 1. opus neglegere, minus agere; ventus cessat: v. minuitur; 2. desinere; 3. c. ab: neglegere

chronicus -a -um = (libri) chronici res singulis annis gestas continent

cicatrix -icis *f* = vetus vulnus

ciêre civisse citum = movêre

cingere cinxisse cinctum = 1. locum cingere: circum locum esse; 2. (gladio) cingi: se armare

cingulus -i *m* = zona mundi

cinis -eris *m* = quod igne relinquitur, ossa cremata

circa +*acc* = 1. circum; 2. circiter

circà = circiter, circùm

circu-ire = circumire

circu-itus -us *m* (< circuire) = iter circum locum
circum +*acc* = 1. in loco/locum cuius fines aliquem/aliquid includunt; 2. in omnes partes
circùm = in loco cuius fines aliquem/aliquid includunt
circum-agere = 1. verti/versari facere; 2. convertere
circum-dare = 1. cingere; 2. rem collo (*dat*) circumdare: collum re c.
circum-ducere = ducere circum aliquid
circum-fundere = 1. aliud circum aliud fundere, circumdare, implicare; 2. circumsistere; 3. circumfundi ei: circumsistere eum
circum-ire = 1. ire circum aliquem locum; 2. aliquis ad singulos ire ut eos aliquid faciat
circum-sedêre = obsidêre
circum-sistere = circumdare
circum-stare = circùm stare (pericula), impendêre
circum-vallare = circumdare (exercitu, vallo)
circum-vehi = locum circumvehi: circum locum vehi (equo, vehiculo, et c.)
circum-venire = hostiliter circumdare
circus -i *m* = 1. locus ubi cursûs equorum habentur; 2. orbis
citatus -a -um = citò currens
citimus -a -um *sup* (< citra) ↔ ultimus
citò = 1. celeriter; 2. dicto citius: citius quàm dictum est
civilis -e <civis = 1. bellum civile: b. inter cives; 2. qui civibus placet
civitas -atis *f* = cuncti cives, urbs
clades -is *f* = 1. ↔ victoria; 2. caedes; 3. calamitas, pernicies
clam = occulte
clamitare = magnâ voce clamare
clandestinus -a -um = clam factus
claritudo -inis *f* < clarus
clarus -a -um = 1. lucens; 2. (vox) sonans; 3. nobilis
classiarii -orum *m pl* = milites navales
classis -is *f* = 1. navium numerus; 2. divisio populi Romani
claudere -sisse -sum = 1. ↔ aperire; 2. includere; 3. obstare
clava -ae *f* = telum rude e ligno factum
clemens -entis = 1. ↔ severus; 2. moderatus, temperatus
clementia -ae *f* < clemens
clibanarius -i *m* = eques graviter armatus
clipeus -i *m* = scutum rotundum
clivus -i *m* = 1. latus montis; 2. via quae in clivo montis facta est
cloaca -ae *f* = fossa tecta
co-alescere -uisse = in unum crecere
coepta -orum *n pl* = opus coeptum, consilium
co-ercêre (co +arcêre) = vi prohibêre, domare
coetus -us *m* < coire
cogere co-egisse co-actum <co-+agere = 1. vi persuadêre; 2. convenire iubêre; 3. impellere ad aliquid faciendum
cogitatio -onis *f* < cogitare
cognatus -a -um = ab eodem ortus
cognitio -onis *f* < cognoscere
cognomentum -i *n* = cognomen
co-horrescere -ruisse = horrore affici
cohors -rtis *f* = 1. decima pars legionis; 2. globus
co-hortari = hortari (multos)
cohortatio -onis *f* < co-hortari
co-ire = convenire
colere -uisse cultum = 1. campum arare; 2. curare; 3. (hominem) colere: curare, diligere; 4. pacem c.: pacem servare; 5. honorare, carum habêre
col-labi -lapsum = ad terram labi
col-lacrimare = lacrimare
col-laudare = laudare (multos)
collectio -onis *f* < colligere
collega -ae *m* = consul alterius consulis collega est
col-ligare = vinculo coniungere
col-ligere -legisse -lectum = 1. ↔ spargere; 2. reputare
col-locare = 1. locare; 2. c. in aliquid: sumptum facere, aliquid emere; 3. in matrimonio c.: in matrimonium dare

colloquium -i *n* <colloqui
col-lucêre = lucêre
colonia -ae *f* = civitas a colonis condita
colonus -i *m* = 1. <colere; 2. vir qui patriâ relictâ novam terram incolit
colossus -i *m* = statua immensa
columba -ae *f* = avis quae signum pacis est
coma -ae *f* = crinis, capillus
comes -itis *m/f* = 1. is qui comitatur; 2. tibi comes ire: te comitari
comicus -a -um ↔ tragicus
comis -e = benignus
comitari = aliquem c.: cum aliquo ire
comitatus -us *m* = comitum numerus
comitia -orum *n pl* = concilium quo rex creabatur
commeatus -us *m* = frumentum, cibus
com-mendare = mandare, committere
commendatio -onis *f* = verba probantia, laus
com-mentari = mente praeparare, meditari
commentarius -i *m* = liber reminiscendi causâ scriptus
com-migrare = migrare cum omnibus bonis
com-mittere = (proelium) incipere; 2. (rem alicui) committere: tradere, credere; 3. confligere; 4. (se periculo) c.: obicere
commodum -i *n* = 1. bonum, res utilis; 2. c. alicuius: quod alicui prodest
commodus -a -um = aptus, conveniens
com-morari = morari
commotus -a -um < commovêre
com-movêre = 1. afficere, permovêre (animum); 2. bellum commovêre: b. movêre (=inferre)
communicare = communem facere
communio -onis *f* < communis
com-munire = munire
com-mutare = mutare
commutatio -onis *f* = mutatio
com-parare = parare atque colligere
comparatio -onis *f* < comparare
com-parêre = apparêre
com-pellere -pulisse -pulsum = 1. in eundem locum pellere (↔ dispellere); 2. cogere
com-perire -risse -rtum = cognoscere
com-plecti = 1. bracchia circum corpus alicuius ponere; 2. cingere; 3. non praetermittere; 4. incedere, possidere, potiri
com-plêre -evisse -etum = 1. implêre; 2. addere quae desunt
complexus -us *m* < complecti
com-plorare = 1. plorare; 2. deflêre, lugêre
com-ploratio -onis *f* < complorare
com-ponere = 1. apte conficere; 2. facere ex composito; 3. (bellum) c.: finire ex composito; 4. colligere; 5. constituere, ordinare
compos -otis +*gen* = possidens, potens
compositus -a -um = 1. ex composito: ut convenit inter duos vel plures homines; 2. ↔ simplex; 3. arte compositus
com-prehendere = prehendere
com-primere -pressisse -pressum = 1. feminam c.: cum feminâ concumbere; 2. opprimere, sedare
com-probare = probare
con-cedere = 1. cedere; 2. (alicui) c.: cedere (↔ resistere); 3. (rem alicui) c.: (sponte) dare, tribuere (id quod poscitur)
concentus -us *m* = cantus multorum
con-certare = certare
con-cidere = 1. cadere (in loco), collabi; 2. perire
con-cîdere -disse -sum = caedere
con-ciêre -civisse -citum = concitare
conciliare = coniungere amicitiâ, amicum facere
concilium -i *n* = 1. populus convocatus; 2. societas (v.g. concilium Achaicum: Achaei et eorum socii)
con-cipere = accipere (in se, in animum)
con-citare = 1. ↔ mitigare; 2. risum c.: risum excitare
concitatus -a -um = citus
con-clamare = simul clamare
concordia -ae *f* ↔ discordia
concors -rdis = concordiâ coniunctus
concubina -ae *f* = paelex
con-cumbere -cubuisse = eidem lecto incumbere

con-cupiscere -ivisse = vehementer cupere
con-currere -risse = 1. in eundem locum currere; 2. c. ad pugnandum, pugnare
concursus -us *m* 1. <concurrere; 2. cursus in eundem locum ad pugnandum
con-cutere -cussisse -cussum = quatere
con-demnare = poenam meruisse iudicare
con-dere = 1. constituere; 2. lustrum condere: lustrum peragere, censum facere; 3. abdere; 4. deponere
conditor -oris *m* = is qui urbem condidit
co-nectere -xuisse -xum = inter se nectere, coniungere
con-ferre con-tulisse col-latum = 1. in eundem locum ferre; 2. comparare; 3. se conferre (in locum): ire; 4. arma conferre (inter se): confligere; 5. signa conferre: proelium committere; 6. rem conferre (ad/in aliquid): re uti
confertus -a -um = densus
confessio -onis *f* <confiteri
confestim = statim
con-ficere -io -fecisse -fectum = 1. facere; 2. perficere; 3. confici: consumi, fieri invalidus; 4. interficere; 5. absumere; 6. subigere
confidentia -ae *f* < confidens
con-fidere = 1. fidere; 2. credere
con-finis -e = finitimus
con-firmare = 1. firmare (animo), adhortari; 2. affirmare
con-fiteri -fessum = fateri; de se c.: sese accusare
con-flagrare = flagrare, igne absumi
conflictare = perturbare
con-fligere -xisse -ctum = proelio concurrere
con-fluentes -ium *m* = locus ubi fluvii confluunt
con-fluere = in eundem locum fluere
con-fugere = fugere in locum tutum
con-fundere -fudisse -fusum = 1. turbare; 2. permovêre
confusio -onis *f* = tumultus
con-gerere = conferre
con-gredi -gressum = confligere
con-gregare = in gregem cogere, colligere
con-icere -iecisse -iectum = 1. iacere (in unum locum); 2. in catenas conicere: vinctum in carcerem mittere; 3. introducere; 4. collocare
coniectura -ae *f* = 1. coniecturam facere: intelligere id quod non palam dicitur; 2. coniecturâ perspicere: c.am facere
con-iugium -i *n* = coniugum vita communis
con-iunctio -onis *f* = 1. <coniungere; 2. pars orationis adnectens ordinansque sententiam
coniunctus -a -um < coniungere
con-iungere = 1. iungere; 2. communiter gerere
coniunx -iugis *m/f* = uxor/maritus
con-iurare = inter se ius iurandum dare
coniuratio -onis *f* = societas eorum qui coniuraverunt
coniuratus -i *m* = 1. miles voluntarius qui duci ius iurandum dedit; 2. coniurati: qui coniuraverunt
con-quiescere = quiescere
con-quirere = quaerere, investigare
con-salutare = simul salutare
con-sciscere -ivisse -itum = 1. decernere; 2. mortem sibi c.: se interficere
con-scius -a -um (rei) = qui rem scit
con-scribere = 1. (milites) c.: cogere et armare; 2. scribere
con-secrare = 1. sacrare; 2. Divum/Divam nominare
con-senescere -nuisse = senescere
consensus -us *m* <consentire
con-sentire = idem sentire, ire in eandem sententiam
con-sequi = 1. persecutum capere; 2. adipisci
con-serere -uisse -rtum; manum conserere: proelium committere
con-servare = integrum servare
conservator -oris *m* = qui conservat
con-siderare = reputare
consideratio -onis *f* < considerare
con-sidere = 1. sedêre incipere (↔ surgere); 2. sedem capere

consilium -i *n* = 1. voluntas, quod facere constituitur; 2. c. capere: constituere; 3. consilium (militare): c. in quo de re militari consulitur; 4. prudentia; 5. eo consilio ut: animo faciendi

con-sistere -stitisse = 1. stare; 2. desinere

con-sociare = 1. communem facere; 2. socios inter se facere

conspectus -a -um = conspicuus

conspectus -us *m* = 1. quod oculis videri potest; e conspectu: ab oculis; 2. visus; 3. id quod inspicitur

conspicere = attente aspicere

conspicuus -a -um = nobilis, qui prae aliis conspicitur

conspiratio -onis *f* = societas, coniuratio

constans -antis ↔ turbatus

constantia -ae *f* <constans

con-stare -stitisse = 1. nummorum esse; 2. ex variis partibus constare: partes varias habêre; 3. idem manêre; 4. firme stare; 5. constat (+*acc* +*inf*): certum est; 6. inter omnes constat/constitit: inter omnes convenit

con-stituere -uisse -utum = 1. consilium capere; 2. statuere; 3. locare (rem novam), primum facere

constitutio -onis *f* < constituere; c. populi: populus constitutus (ordinatus)

con-suescere -suevisse = adsuescere, solêre

consuetudo -inis *f* = quod fieri solet

consul -is *m* = alter populo Romano praepositus

consularis -e <consul

consularis -is *m* = qui consul fuit

consulatus -us *m* = dignitas consulis

con-sulere -uisse -ltum = 1. interrogare quid faciendum sit; 2. inter se consulere, consultare; 3. consilium inire; 4. c. ei: curam habêre de eo

con-sultare = consulere (inter se), de consilio agere

consultò *adv* = consilio (↔ fortè)

consultor -oris *m* = qui consulit

consultum -i *n* = senatûs c.: quod in senatu decretum est

con-sumere = 1. perdere; 2. exstinguere, delêre

con-surgere = surgere (magnâ cum dignitate)

con-temnere -tempsisse -temptum = 1. parvi aestimare, non temêre; 2. non admittere id quod offertur

contemplari = intueri, inspicere

contemptus -a -um = contemnendus

con-tendere -disse = 1. properare; 2. certare; 3. nervos c.: omnibus viribus laborare, eniti

contentio -onis *f* (< contendere) = 1. labor; 2. certamen; 3. comparatio (aliorum: cum aliis)

contentus -a -um (aliquâ re) = aliquid satis esse putare

con-ticescere -cuisse = tacitus fieri

continens -entis = 1. sine intervallo; 2. proximus

continens -entis *f* ↔ insula

continentia -ae *f* (< continens) = animus qui se continet, temperantia

con-tinêre = 1. in se habêre; 2. tenêre; 3. prohibêre maleficio, coercêre

con-tingere -tigisse -tactum = 1. tangere; 2. cognatus esse; 3. c.git: accidit, datur

continuare = continuum facere

continuus -a -um = sine intervallo

contio -onis *f* = 1. populus/exercitus convocatus; 2. contionem dare: contionem permittere

contionari = pro contione loqui

contra +*acc* = 1. alicui oppositus; 2. alicui contrarius, adversarius; 3. non procul

contrâ ↔ item

contra-dicere = contra aliquem dicere, contraria dicendo respondêre

con-trahere = 1. trahere, premere; 2. colligere; 3. verbum litteras perdere et prior littera producere

con-tremescere -muisse = valde tremere

con-tueri = intueri

contumelia -ae *f* = dictum indignum

contumeliosus -a -um < contumelia

conubium -i *n* = 1. coniugium; 2. conubii ius

con-valescere -luisse = validus fieri
con-vallis -is *f* = vallis angusta
con-vehere = conferre
con-venire = 1. aptus esse; 2. in eundem locum venire; 3. statui (inter varios); 4. in eandem sententiam venire; 5. convenit: oportet, decet
conventus -us *m* (< convenire) = concilium
conversio -onis *f* < converti
con-vertere = 1. vertere; 2. in se c.: sibi conciliare; 3. reverti; 4. converti: in orbem moveri, volvi; 5. agere (aetas, tempus)
con-vincere = noxium iudicare, damnare
co-optare = (collegam sibi) asciscere
co-oriri -ortum = oriri
copia -ae *f* = 1. magna c.: multum; 2. copia (agendi): occasio, potestas; 3. copiam alicuius habêre: aliquem in potestate habêre; 4. copiae: milites; 5. copiae: opes; 6. multitudo
cor cordis *n* = 1. unum ex visceribus humanis in pectore locatum, in quo est sanguis; 2. animus, pectus; 3. cordi esse: gratum esse, placêre
coram +*abl* = ante oculos alicuius
coràm = ante oculos, praesens
cornicen -inis *m* = qui cornu canit
cornu -us = 1. os acutum ex capite prominens; 2. pars aciei dextra aut sinistra; 3. instrumentum curvum quod in proeliis sonatur
corona -ae *f* = ornamentum circulare (< circus) capitis
cor-ripere -uisse -reptum = 1. celeriter rapere; 2. reprehendere; 3. se corripere: citò surgere
cor-rumpere = 1. pravum/foedum facere, perdere; 2. a virtute aberrare; 3. aliquem c.: mercede persuadêre alicui; 4. violare
corvus -i *m* = avis rostro et pennis nigris
cos. = consul
cratis -is *f* = instrumentum supplicii quod in caput inicitur
creare = 1. facere, legere; 2. procreare
creber -bra -brum = frequens
cremare = urere
crescere crevisse = 1. maior fieri; 2. augeri
crimen -inis *n* = id quod accusatur
criminari (< crimen) = accusare
crinis -is *m* = capillus, coma
cruciare = doloribus afficere
cruciatus -us *m* <cruciare
crudelis -e = saevus atque inhumanus
crudelitas -atis *f* <crudelis
cubare -uisse -itum = 1. iacere (in lecto); 2. cubitum (*sup*) discedere: dormitum ire
cubile -is *n* = lectus
culmen -inis *n* = 1. summa pars (aedificii/montis); 2. summa fortuna; 3. culmen hominis: caput
culpa -ae *f* = causa accusandi/puniendi
cultura -ae *f* < colere
cultus -us *m* <colere = 1. cura; 2. modus vivendi, mores; 3. educatio (<educare)
cùm ... tum = et ... et, non modò ... sed etiam
cunabula -orum *n pl* = cunae
cunctari = 1. dubie morari; 2. dubitare
cunctator -oris *m* = qui cunctatur
cuneus -i *m* = peditum multitudo quae parte angustâ est, deinde paulatim latius se extendit: _/_
cupido -inis *f* = cupiditas
cura -ae *f* = 1. animus in aliquo positus; 2. metus ne quid mali accidat; 3. res mihi curae est: rem curo
curare = 1. tueri, curam suscipere; 2. ↔ neglegere; 3. interesse; 4. -ndum curare: curare ut +*coni pass*
curia -ae *f* = 1. Curia: aedificium ubi senatus Romanus convenire solet; 2. divisio populi Romani
cursus -us *m* = 1. <currere; 2. certamen quo discernitur quis velocior sit; 3. iter; 4. flumen, aquae motus; 5. quaeque pars incepti
curvus -a -um = qui formam arcûs habet
custodia -ae *f* <custos = 1. in custodiam dare: in carcerem includere; 2. corporis defensio (<defendere); 3. statio unde vectigalia exiguntur; 4. custodiae: vincula

custodire = 1. curare ut aliquid servatum sit; 2. aliquem in carcere vigilatum tenêre

custos -odis *m* = is qui custodit

D

damnare = 1. condemnare; 2. capitis d.: ad mortem damnare

damnum -i *n* = res amissa, iactura

dapes -um *f* = cibus optimus, cena

dare dedisse datum = 1. tradere; 2. donare; 3. parare; 4. se dare: se dedere; 5. sermonibus se dare: sermones curare; 6. facere; 7. (ventis) vela dare: navigare; 8. omnia vela dare: velociter navigare; 9. muneri dare: dono dare, donare

de +*abl* = 1. ab (deorsum); 2. super +*abl*; 3. ob, propter; 4. ab (origo); 5. genetivus (partitivus)

de integro = denuo

dea -ae *f* (*pl dat/abl* -abus) = femina diva

de-bellare = 1. bello vincere; 2. bellandi finem facere

debilitare = debilem facere, ↔ firmare

de-cedere = 1. excedere; 2. mori

decem-viri -orum *m pl* = decem viri qui pro duobus consulibus summam potestatem aliquid temporis habuerunt

de-cernere -crevisse -cretum = 1. statuere quid faciendum sit; 2. (armis) decernere: pugnare; 3. statuere, censêre

de-cipere -cepisse -ceptum = fallere

de-clamare/-itare = exercendi causâ orationes fictas habêre

de-clarare = 1. ostendere, notum facere; 2. significare

decor -oris *m* <decêre = pulchritudo

decorare <decus = ornare (honoribus)

decorus -a -um = decens, pulcher

decretum -i *n* = quod decretum est

decuma -ae *f* =decima pars frugum (vectigal)

de-currere = de loco currere

decus -oris *n* = 1. honos; 2. ornamentum

de-cutere -cussisse -ssum = percutiendo deicere

de-decus -oris ↔ decus

de-dere -didisse -ditum = 1. tradere (in alicuius potestatem); 2. (alicui) animum dedere/se dedere: studêre; 3. deditus: intentus

de-dicare = sacrare

deditio -onis *f* <dedere

de-ducere = 1. de loco in locum ducere; 2. (navem) deducere: de litore in mare ducere; 3. ducere; 4. coloniam d.: coloniam condere

de-fendere -disse -ensum = 1. ↔ oppugnare; 2. excusare; 3. favêre

defensare = defendere

defensor -oris *m* = qui defendit

de-ferre = 1. ferre in locum aliquem; 2. nuntiare, afferre; 3. honorem deferre: honorem praebêre; 4. ferre ad locum quendam; 5. ad aliquem d.: alicui mandare; 6. accusare (apud plebem)

de-fervescere -visse = fervêre desinere, minus fervens fieri

defessus -a -um = fatigatus, fessus

de-ficere = 1. cessare, minui, recedere; 2. d. ab alio ad alium: alium deserere et transire ad alium; 3. (vires) eum d.: ei desunt; 4. (sol) deficere: obscurari

de-figere = 1. ensem (in loco) defigere: ensem intra corpus pulsare; 2. figere

de-finire = fines alicuius designare

de-flêre (rem) = illacrimare (rei)

de-formis -e ↔ formosus

deformitas -atis *f* = foeditas

de-fugere = deserere, vitare

de-fungi -functum = 1. re d.: rem conficere, peragere; 2. defunctum esse: contentum esse, satis habêre; 3. mori

de-hinc = deinde

de-icere = iacere deorsum

deinceps *adv* = 1. alius post alium; 2. deinde

de-inde = 1. tum, postea, secundùm; 2. posthac

de-iurare = iurare

de-labi = de loco alto labi

delectatio -onis *m* < delectare

delêre -evisse -etum = 1. ↔ addere; 2. absumere, perdere; 3. funditus diruere

deliberare = cogitare, reputare
deliberatio -onis *f* < deliberare
delictum -i *n* = maleficium
de-ligare = alligare
de-ligere -legisse -lectum = eligere
de-linquere -liquisse -lictum = officio deesse, male facere
delirare = demens esse
de-litescere -tuisse = se occultare
delubrum -i *n* = templum
de-mandare = mandare, committere
de-mens -entis = amens
demere -mpsisse -mptum = 1. ↔ addere; 2. adimere
de-mergere = submergere
de-mittere = 1. ↔ tollere; 2. deorsum mittere
de-monstrare = 1. monstrare (verbis); 2. monstrare, significare
densus -a -um = (nimbus) d. ↔ tenuis
de-nuntiare = 1. imperare, edicere; 2. pronuntiare
de-pellere = de loco pellere
de-ponere = 1. ponere in tuto loco; 2. exonerare, onus humi ponere; 3. (curam) d.: dimittere, relinquere; 4. animam/vitam deponere: mori
de-populari = populari
depopulatio -onis *f* < depopulari
de-portare = abducere (ad locum ab quo venit)
de-poscere = dedi exposcere
de-pravare = pravum facere, corrumpere
de-precari = precari (ne quid fiat)
deprecatio -onis *f* <deprecari
de-prendere/-prehendere -disse -ensum = 1. prehendere; 2. aliquem invenire dum improbum facit; 3. (inexpectatum) invenire
de-primere = deorsum premere, demergere
de-promere = promere, proferre (e loco)
depulsio -onis *f* = responsum quo crimen depellitur (:refellitur)
de-relinquere = relinquere (morte)
de-scendere = 1. ↔ ascendere; 2. accedere
de-sciscere -ivisse ab/ad = deficere
de-scribere = formas scribere
desiderium -i *n* < desiderare
de-signare = statuere
de-signatus -a -um = (consul) d.: creatus qui nondum magistratus iniit
de-sinere = 1. ↔ incipere; 2. desistere
de-sipere -io ↔ sapere
desperatio -onis *f* < desperare
de-spondêre -spondisse sponsum = spondêre
destinare = statuere, decernere
de-struere -uxisse uctum ↔ exstruere
de-tegere = patefacere (↔ celare)
de-tergêre -sisse -sum = 1. delendo tergêre; 2. patefacere (↔ celare)
deterior -ius *comp* = peior
deterrimus -a -um *sup* = pessimus
de-trahere = 1. de loco trahere; 2. deorsum trahere; 3. abducere; 4. contemnere
detrimentum -i *n* = damnum
de-urere = igne consumere
de-vehere = avehere, abducere (navi)
de-vincere = plane vincere
de-vincire = vincire
de-vocare = avertere, deducere (vocando)
dextera -ae *f* = dextra
dextra -ae *f* = 1. manus dextra; 2. ad dextram: ad latus dextrum; 3. promissum
dicare = dedicare
dicio -onis *f* = potestas
dictator -oris *m* = dux cui regia potestas datur
dictatura -ae *f* = dignitas dictatoris
dictitare = dicere identidem
dictum -i *n* = 1. quod dictum est, verbum; 2. imperium; 3. dicto audiens esse: parêre
dies -ei *m* = 1. spatium temporis XXIV horarum; 2. tempus ubi sol lucet; 3. dies kalendarii; 4. ad diem: singulis diebus; 5. ante diem: ante tempus; 6. in dies -ior: cotidie -ior; 7. paucis diebus: intra paucos dies
dies -ei *f* = tempus statutum
dif-ferre dis-tulisse di-latum = 1. moram rei facere; 2. dissimilis esse

difficultas -atis *f* (< difficilis) = 1. res difficilis; 2. labor, arduitas (< arduus)

difficulter <difficlis

dif-fidere ↔ confidere

dif-fluere = passim fluere

dignitas -atis *f* = 1. <dignus; 2. magistratus

di-gredi -gressum = discedere

di-labi = in varias partes labi, perire

di-lacerare = distrahere lacerando

di-latare = late extendere, pandere

dilectus -a -um = qui diligitur, carus

dilectus -us *m* < di-/de-ligere (milites) = conscribere; dilectûs agere: milites conscribere

diligens -entis ↔ neglegens

diligentia -ae *f* < diligens

di-ligere -lexisse -lectum = amare

di-lucescere = illucescere

di-micare = pugnare

di-micatio -onis *f* < dimicare

dimidium -i *n* = dimidia pars

di-mittere = 1. iubêre discedere, a se amittere; 2. amittere

di-rigere = (aciem) d.: ordine instruere

dir-imere -emisse -emptum = 1. dividere; 2. abrumpere

di-ripere -uisse -reptum (< dis- + rapere) = 1. populari; 2. rapere

di-ruere -uisse -utum = destruere

dis-cedere ↔ venire

dis-ceptare = disserere, colloqui

dis-cernere = scire varias res similes non esse

discessus -us *m* <discedere

disciplina -ae *f* = 1. quod discendum est; 2. ↔ licentia

discordia -ae *f* = animus contrarius inter duos homines/factiones

di-scribere = in certas partes dividere

discrimen -inis *n* = 1. tempus periculosum; 2. discrimen facere: discernere

discriptio -onis *f* < discribere

dis-cumbere = accumbere

dis-currere = in varias partes currere (↔ concurrere)

disertus -a -um = eloquens

dis-icere -iecisse -iectum = 1. in varias partes iacere; 2. diruere

dis-iunctus -a -um (< disiungere) = diversus

dis-iungere ↔ iungere

dis-palari = passim palari

dis-par -paris = impar, dissimilis

dis-pellere -pulisse -pulsum = in varias partes pellere

di-spergere -sisse -sum = passim spargere

dis-plicêre ↔ placêre

dis-ponere = variis locis ponere

dis-putare = disserere (pro/contra)

disputatio -onis *f* < disputare

dis-sensio -onis *f* = discordia (↔ consensus)

dis-serere = varias sententias dicere

dis-sentire ↔ consentire

dis-sidêre = dissentire

dis-similis -e ↔ similis

dis-simulare = simulando celare

dissipare = spargere, dispergere

dis-suadêre ↔ suadêre

di-stare = abesse

di-stinguere -inxisse -inctum = dividere inter se/ab aliis, insignem facere; (re) distinctus: insignis

dis-trahere = 1. trahere in contrarias partes; 2. disiungere

dis-tribuere -uisse -utum = 1. discribere; 2. dividere (inter eos)

districtus -a -um = occupatus (negotiis) ↔ otiosus

ditare = divitem facere

ditissimus -a -um = divitissimus

diu *adv* (*comp* diutius, *sup diutissime*) = per longum tempus

diurnus -a -um ↔ nocturnus

diutinus -a -um = diuturnus

diuturnitas -atis *f* < diuturnus

diuturnus -a -um = qui diu manet

diversus -a -um = 1. contrarius; 2. diversi: in diversas partes

di-videre -visisse -visum = 1. in varias partes disiungere; 2. varias partes discernere; 3. partiri

divinitus *adv* = a diis, divino modo

divinus -a -um (< deus) = sacer

divisio -onis *f* < dividere
divortium -i *n* = d. facere: uxorem dimittere (e matrimonio)
divulgare = vulgò patefacere
divum -i *n* = 1. caelum apertum; 2. sub divo ↔ sub tecto
divus -a -um = divinus
docêre -uisse -ctum = 1. id quod magistri faciunt; 2. fabulas docêre: fabulas populo dare in theatro; 3. doctus: iussus
doctor -oris *m* = qui docet, magister
doctrina -ae *f* (< doctor) = quod docetur
documentum -i *n* = exemplum quo aliquid docetur
dolus -i *m* = consilium fallendi
domare -uisse -itum = 1. sibi parentem facere; 2. feram parêre docêre
domesticus -a -um <domus = domûs
domi *loc* = 1. in domo; 2. domi militiaeque / domi bellique: in pace et in bello
domicilium -i *n* = locus ubi habitatur, domus
dominari = dominus esse (↔ servire)
dominatio -onis *f* < dominari
dominatus -us *m* = dominatio
domo = a domo
domum = ad domum
domus -us *f* (*abl* -o, *pl acc* -os) = 1. locus ubi familia moratur; 2. familia; 3. gens
donare <donum = 1. dare; 2. aliquem re donare: alicui rem donare
donec = 1. dum, tam diu quàm; 2. quoad
donum -i *n* = 1. res quae datur; 2. militaria dona: praemia virtutis
dorsum -i *n* = 1. tergum bestiae; 2. pars posterior; 3. (montis) dorsum: mons longus
dubitare = 1. incertus esse; 2. dubitare de ↔ credere; 3. dubitare num +*coni*: non credere +*inf*; 4. non d. +*inf*: non cunctari
dubium -i *n* = procul/sine dubio: certe
dubius -a -um = 1. incertus, dubitans; 2. dubius alicuius: alicui dubius, non confidendus
ducere -xisse ductum = 1. euntem facere (post se); 2. animam ducere: spirare; 3. res transitâ locum aliquem aperire; 4. scribere (lineas); 5. (uxorem) ducere: uxorem suam facere; 6. aedificare; 7. dux esse, exercitum anteire; 8. existimare; primum d.: optimum esse putare
ductor -oris *m* = qui ducit
ductus -us *m* (< ducere) = 1. exercitûs gubernatio (< gubernare); 2. aquae d.: opus quo aqua de montibus in urbem deducitur
dudum = paulò antè
duellum -i = bellum
dulcis -e = 1. ↔ acerbus; 2. iucundus, carus
dum = 1. inter tempus quod; 2. ad tempus quod; 3. usque ad; 4. +*coni*: dummodo
dum-modo +*coni* = si modo
duo -ae -o (*pl gen* duorum/duum) = II
du-plex -icis = 1. bis tantus; 2. duplex res: duae res pares
duplicare = duplicem (bis tanto maiorem) facere
durare = 1. durus esse, patiens esse; 2. integer manêre, trahi
durus -a -um = 1. ↔ mollis; 2. severus
duum-viri -orum *m* = duo viri qui negotium publicum curant

E

eà *adv* = eâ viâ, ibi
ec-quid = num
ec-quis -quae -quid/-quod = num quis/qui
edepol = per Pollucem!
e-dere -didisse -ditum <e+dare = 1. mittere foras; 2. partu e.: parere; 3. (mandatum) e.: eloqui, nuntiare; 4. facere, ferre
e-dicere = 1. publice imperare; 2. statuere
e-disserere = exponere, narrare
e-ducare = (liberos) alere, curare, docêre
e-ducere = 1. extrà ducere; 2. in aciem e.: milites in aciem instruere
ef-ferre ex-tulisse e-latum = 1. pedem efferre: egredi; 2. tollere; 3. superbum facere; 4. se efferre: superbus fieri
ef-ficere -io = 1. facere; 2. causam ferre; 3. ex aliquo facere; 4. efficere ut: consequi, adipisci

effigies -ei *f* = imago

ef-fringere -egisse -actum = 1. frangere totum; 2. foribus effractis penetrare

ef-fugere -io = 1. ex aliquo fugere; 2. (locum) effugere: vitare

ef-fulgêre = valde fulgêre

ef-fundere <ex+fundere = 1. foras fundere; 2. vitam effundere: mori; 3. se e.: se spargere; 4. solvere, aperire

effusus -a -um <ef-fundere = 1. sparsus; 2. turbatus

egens -entis = 1. qui eget; 2. pauper, qui rebus necessariis caret

egêre = (re necessariâ) carêre

e-gredi -gressum = 1. exire; 2. transgredi

egressus -us *m* < egredi

e-icere -io = 1. extra locum icere; 2. se eicere: foras ruere

e-labi = 1. effugere; 2. ex parte interiore fugere

e-laborare = magno labore perficere

elegans -antis = qui arte urbanâ placet, decens

elephantus -i *m* = maximum animal quattuor pedum

e-loquens -entis = qui bene loquitur

eloquentia -ae *f* = ars oratoria

e-loqui = plane loqui

e-lucêre = 1. valde lucêre; 2. lucendo apparêre

e-lucubrare = nocte elaborare

e-ludere -sisse -sum = fallere ac deridêre

e-luvio -onis *f* = vis aquae in terras redundantis

e-mergere = exire (ex aquâ), apparêre

e-minêre = ex alicuius forma distingui

e-mittere = 1. edere; 2. vocem e.: dicere

emptor -oris *m* = qui emit

e-munire = firme munire

en = ecce

e-nervare = invalidum facere

enim-vero = profecto

e-niti = valde niti

e-numerare = ordine memorare

eò = 1. illùc; 2. eò +*adi* -ior/-ius: tantò -ior/-ius

eòdem *adv* = in eundem locum

epula -arum *f pl* = cena

epulari (< epulae) = cenare

eques -itis *m* = 1. miles qui ex equo pugnat; 2. cives dives qui senator non est

equester -tris -tre 1. < equus; 2. ordo e.: equites Romani

equidem = 1. ego quidem; 2. e. ego: equidem

equitare = equo vehi

e-rigere -rexisse -rectum = 1. tollere, extollere; 2. (animum) e-rigere: novâ spe afficere; 3. alte exstruere; 4. exspectatione erectus: cupide expectans, vigilans, animo excitato

error -oris *m* = 1. <errare; 2. falsa sententia

e-rubescere -rubuisse = rubêre incipere, rubens fieri

e-rudire +*abl* = educare, docêre

e-ruditus -a -um = doctus (↔ rudis)

e-ruere -uisse -utum = detegere (rem occultam)

e-rumpere = subitò excurrere

eruptio -onis *f* < erumpere

e-scendere -disse = ascendere

et = 1. atque, ac; 2. etiam; 3. et ... et ↔ nec ... nec

Eurus -i *m* = ventus qui ab oriente flat

e-vadere = 1. effugere; 2. se ostendere, denique fieri; 3. (locum) e.: transgredi

e-vanescere -nuisse = 1. ↔ apparêre; 2. cessare

e-vehere = extrà vehere

e-venire = 1. accidere; 2. cedere, sortiri, sortibus accidere

eventus -us *m* = exitus

e-vertere = prosternere, diruere

e-vincere = persuadêre

e-vocare = invitare

ex/e +*abl* = 1. locus (interior) unde; 2. genetivus (partitivus); 3. materia; 4. secundum +*acc*; 5. propter; 6. homo, gens unde; 7. post

ex-aequare = aequare

ex-agitare = 1. iratum facere, incitare; 2. turbare, vexare

ex-animare = exspirare

ex-ardescere -sisse = ardêre incipere
ex-cedere = 1. exire; 2. e vitâ e.: mori
excellens -entis = egregius
ex-cellere = 1. praestare; 2. ceteris (*dat*) e.: super ceteros excellere
excelsus -a -um = celsissimus
ex-cerpere -psisse -ptum = e loco carpere
excessus -us *m* (< excedere) = mors
ex-cidere (ex + cadere) = ex aliquo loco cadere
ex-cîdere -disse -sum = delêre
excidium -i *n* < exscindere
ex-cipere -cepisse -ceptum = 1. recipere; 2. suscipere
ex-cire = evocare, excitare
excitatus -a -um = (sonus) clarus
ex-cludere = arcêre, prohibêre
ex-currere = 1. e loco currere; 2. eminêre
excursio -onis *f* < excurrere
exemplar -aris *n* = exemplum (ad imitandum)
ex-ercêre = 1. (corpus) movendo parare; 2. ↔ otiari; 3. persequi; 4. iudicium exercêre: iudicium facere; 5. victoriam exercêre: victoriâ uti; 6. (vectigalia) exercêre: administrare
exercitare = exercêre
exercitatio -onis *f* < exercitare
ex-haurire -sisse -stum = 1. ↔ implêre; 2. (labores) exhaurire: perferre; 3. absumere, perdere; 4. minuere
ex-igere -egisse -actum = 1. expellere; 2. postulare; 3. peragere; 4. exposcere
ex-imere -emisse -emptum = adimere
eximius -a -um = egregius
ex-onerare = onere liberare
exordium -i *n* = initium
ex-oriri = oriri
ex-ornare = 1. ornare; 2. re (ex)ornatus: rem habens
exorsus -us *m* = exordium
ex-pavescere -pavisse = pavidus fieri; rem e.: re exterreri
expedire = 1. paratum facere, ↔ impedire; 2. liberare; 3. explanare
expeditio -onis *f* = bellum in hostium fines illatum
expeditus -a -um = ad pugnam paratus
ex-pellere -pulisse -pulsum = e loco pellere
ex-pergisci -perrectum = e somno excitari
ex-periri -rtum = 1. cognoscere qualis sit; 2. conari
ex-pers -rtis = e. rei (*gen*): cui pars rei non est, sine re
ex-petere = (valde) petere
ex-plêre = 1. vacuum implêre; 2. complêre; 3. pascere; 4. (muneribus) explêre: donare; 5. perficere
ex-plicare = 1. ↔ implicare; 2. expedire, liberare (periculo); 3. litteras explicare: libros evolvere; 4. (rem difficilem) explanare
ex-plorare = 1. inspicere; 2. de re explorare: de re sciscitari, percontari
explorator -oris *m* = miles qui hostium motus explorat
ex-ponere = 1. in terram e mari ponere; 2. relinquere, deserere; 3. narrare
ex-portare = extra locum portare
ex-poscere = (ad poenam) poscere
ex-quirere = 1. quaerere; 2. explorare
exquisitus -a -um = accuratus
ex-sanguis -e = mortuus
ex-scindere = delêre
ex-secrari = e. aliquem: poenas deorum optare alicui
exsequiae -arum *f pl* = funus
ex-sequi = 1. perficere; 2. persequi; 3. pergere
ex-silire = prosilire, se proicere
ex-silium -i *n* <exsul
ex-sistere -stitisse = oriri
ex-solvere = liberare
ex-spectatio -onis *f* < exspectare
ex-spirare = mori
ex-stimulare = stimulare
ex-stinguere -inxisse -inctum = 1. ↔ accendere; 2. perdere; 3. exstinctus: sine honoribus (magistratibus); 4. mori
ex-struere -uxisse -uctum = aedificare
exsul -is = ex patriâ profugus
exsulare = exsul esse

ex-sultare = ovare
ex-suscitare = excitare
extemplo = statim
exter -a -um = externus, peregrinus
externus -a -um = 1. ↔ internus; 2. alienus
ex-terrêre = terrêre
extimus -a -um *sup* < exter = extremus
ex-tollere (laudibus) = valde laudare
ex-torris -e = exsul
extra +*acc* = 1. in parte externâ / ad partem externam; 2. sine, non
ex-trahere = educere
extraneus -a -um = peregrinus
extremum -i *n* = 1. finis; 2. extremum periculum
extremus -a -um *sup* <extra = 1. qui omnium proculissime est; 2. maximus; 3. ultimus, postremus; 4. ↔ primus; extremâ hieme: exitu hiemis
ex-uere -uisse -utum = 1. aliquem re e.: alicui rem adimere; 2. hostem armis e.: hostem ita vincere ut armis abiectis fugiat
ex-urere = deurere
exustio -onis *f* < exurere
exuviae -arum *f pl* = vestimenta

F

fabricare = conficere (arte fabrorum)
fabulosus -a -um = celebratus
facere -io fecisse factum = 1. alicui formam dare; 2. pecuniam facere: lucrum adipisci; 3. agere; 4. cuiusdam formam/statum in aliquid mutare; 5. verbum f.: verbum dicere; 6. nomen alicui f.: nomen alicui dare; 7. facere ut: curare ut; 8. (parvi) facere: aestimare
facessere = abire
facies -ei *f* = 1. pars capitis prior; 2. forma
facilis -e = 1. id quod fieri potest parvo labore; 2. benignus
facilitas -atis *f* < facilis (amicitiâ)
facinus -oris *n* = 1. factum, maleficium; 2. factum, res gestae
factio -onis *f* = pars civium quae idem de re publica sentit
factiosus -a -um (< factio) = seditiosus
factus -a -um = fabricatus
facultas -atis *f* (< facilis) = 1. potestas; 2. facultates: opes; 3. occasio
facundus -a -um = eloquens
fallere fefellisse falsum = 1. aliquem falsum pro certo esse fidem facere; 2. fidem/spem frangere; 3. falsum esse demonstrare
falsò ↔ verè
falsus -a -um = 1. ↔ verus; 2. qui fallit, fallax; 3. aliquem falsum habêre: aliquem fallere
fama -ae *f* = 1. quod narratur de aliquo; 2. rumor; 3. fama est: narratur fabula
fames -is *f* = 1. necessitas cibi; 2. inopia cibi
familia -ae *f* = 1. cohors cognatorum hominum qui eiusdem domi morantur; 2. gens; 3. gentis pars cui cognomen commune est; 4. servi unius domini
familiaris -is *m/f* = amicus
famula -ae *f* = ancilla
famulus -i *m* = servus
fanum -i *n* = 1. templum; 2. locus sacer
fas *indecl n* = 1. ius divinum; 2. fas est: licet per deos
fascis -is *m* = fasces: insignia imperii quae lictores gerunt: multae virgae ligatae
fasti -orum *m* = tabula dierum fastorum: titulus carminis Ovidii de diebus anni
fastus -a -um = (dies) f.: quo fas est cum populo agere (ius dicere)
fatalis -e (< fatum) = fato constitutus, qui mortem affert
fateri fassum = 1. ↔ negare; 2. affirmare aliquid de se verum esse; 3. patefacere
fatigare = 1. fessum facere; 2. re molestâ aliquem afficere
fatum -i *n* = 1. quod necesse est accidere, mors; 2. fata: fatum
fauces -ium *f pl* = locus in monte angustus
faustus -a -um = felix
fautor -oris *m* = qui favet
Favonius, -i *m* = Zephyrus, ventus qui ab occidente flat
favor -oris *m* <favêre

fax facis *f* = res longa et crassa ex cerâ facta, quae accensâ lucem fert
felix -icis = 1. cui res bona accidit; 2. favens
fere = 1. circiter; 2. plerumque; 3. fit fere: fieri solet
feriae -arum *f pl* = dies festus
feriatus -a -um = qui ferias celebrat
ferire = 1. pulsare; 2. securi ferire: capite punire; 3. caedere
ferme = fere
ferocitas -atis *f* < ferox
ferratus -a -um = ferro munitus
ferre tulisse latum = 1. portare; 2. ducere; 3. pati; 4. dare, edere; 5. ferunt: narrant, tradunt; fertur: narratur 6. legem ferre: legem ad populum referre; 7. efficere
ferrum -i *n* = 1. materia dura ex qua gladii efficiuntur; 2. gladius; 3. pugna
fervens -entis = ardens
fervere/fervêre = ardêre
festinare = properare
festus -a -um: dies f. = dies otiosus quo di adorantur
fetialis -e = de iure belli
fetialis -is *m* = legatus qui agit de iure belli
fetus -a -um = qui nuper peperit
ficta -orum *n pl* = verba ficta, falsa
fictilis -e = qui e terrâ tostâ/coctâ factus est
fictus -a -um = falsus
fidelis -e = fidus
fides -ei *f* = 1. animus fidens; 2. animus fidus; 3. promissum; 4. in fidem accipere: in deditionem accipere; 5. fides (publica): promissum (inviolatum eum fore)
fiducia -ae *f* = confidentia
fieri factum = 1. esse incipere; 2. mutari; 3. *pass* verbi facere; 4. accidere, evenire; 5. ut fit: ut fieri solet; 6. ita fit ut: ex hôc intellegitur
figere -xisse -xum = 1. adnectere; 2. transfigere
figura -ae *f* = forma
filum -i *n* = 1. linea tenuis; 2. vestis qua velatur caput
fingere finxisse fictum = arte efficere, excogitare (rem falsam)
finire = 1. rem finire.: finem facere rei; 2. locum finire: fines loci designare
finis -is *m* = 1. linea quae duas regiones dividit; 2. ↔ initium; 3. pars ultima alicuius; 4. fines: terra, regio
finitimi -orum *m pl* = incolae finium
finitimus -a -um = qui ad fines incolit
firmamentum -i *n* = quod firmat
firmare = 1. firmum facere; 2. affirmare
firmitudo -inis *f* < firmus
firmus -a -um = qui frangi non potest, validus
fiscus -i *m* = aerarium
flagitare = vehementer poscere
flagitiosus -a -um (< flagitium) = turpis, ignominiosus
flagitium -i *n* = turpe factum, indignitas
flagrare = 1. ardêre; 2. animo commoveri, affici
flamen -inis *m* = sacerdos dei proprius
flamma -ae *f* = 1. ignis saevus; 2. cupido
flatus -us *m* (< flare) = ventus (secundus)
flebilis -e = flens
flectere -xisse -xum = 1. genua flectere: genua humi figere; 2. cursum avertendo adire; 3. animum flectere: vincere, animum movêre; 4. viam flectere: cursum avertere
fletus -us *m* <flêre = gemitûs et lacrimae
florêre -uisse = in flore esse; (aetate) f.: iuvenis esse
fluere -uxisse = 1. (aqua, sanguis) currere; 2. ↔ consistere
foculus -i *m* = parvus focus qui portatur
focus -i *m* = ignis domesticus
foederatus -a -um = foedere iunctus
foeditas -atis *f* <foedus
foedus -a -um = 1. ↔ pulcher; 2. infandus, indignus, sceleratus
foedus -eris *n* = lex qua pax vel societas statuitur
fons fontis *m* = 1. aqua e terrâ erumpens; 2. origo
foret = esset

fori -orum *m pl* = 1. ordo spectaculorum in circo
forma -ae *f* = 1. modus quo rei partes sunt collocatae; 2. quod res videtur; 3. pulchritudo
formido -inis *f* = terror
formula -ae *f* = verba lege statuta
forsan = fortasse
forsitan = forsitan (sis): fortasse (es)
fortitudo -inis *f* <fortis = virtus
fortuitò *adv* = fortè, sine consilio
fortuna -ae *f* = 1. quod fortè alicui accidit; 2. fortunae: bona
fortunatus -a -um = qui bonâ fortunâ utitur, felix
fragilis -e = qui facilè frangitur
fragmentum -i *n* = pars fracta (ab re)
fragor -oris *m* = strepitus gravis
frangere fregisse fractum = 1. rumpere (rem duram); 2. infirmum facere; 3. animis cadere
fraus -audis *f* = dolus
fremitus -us *m* (< fremere) = sonus gravis continuus
frendere = dentes movêre (ob iram)
frequens -entis = 1. ↔ rarus; 2. contio frequens: c. multorum, c. celebris
fretus -a -um (+*abl*) = 1. fidens; 2. f. esse: confidere
frons -ondis *f* = folia arborum
frons -ontis *f* = 1. pars faciei supra oculos; 2. pars prima; 3. prima acies
fructus -us *m* = 1. fruges; 2. fructui esse: fructum (: utilitatem, lucrum) afferre
frumentarius -a -um < frumentum
frustrari = 1. falsâ spe eludere; 2. fallere
fuga -ae *f* = 1. < fugere; 2. exsilium
fugare = in fugam vertere
fugere -io fugisse = 1. excurrere metu; 2. f. aliquem: f. ab aliquo; 3. effugere, praeterire; 4. res eum f.: res ei ignota esse
fugitivus -a -um = qui aufugit
fugitivus -i *m* = servus fugitivus, perfuga
fulcire -sisse -tum = sustinêre, firmare
fulgêre -sisse = 1. (subito) splendêre; 2. lucêre, lucens esse
fulgor -oris *m* (< fulgêre) = aliquid fulgens (v.g. stella)
fulmen -inis *n* = 1. fulgur quod terram percutit; 2. fulmina: calamitates
fumus -i *m* = id quod atrum oritur e re quae ardet et ad caelum ascendit
funda -ae *f* = instrumentum quo manu lapides iaciuntur
fundamentum -i *n* = 1. infima pars aedificii (↔ culmen); 2. fundamentum iacere: fundamentum locare
fundere fudisse fusum = 1. demittere (aquam, vinum) exhauriendo loco quo continetur; 2. turbare ac fugare; 3. lacrimas fundere: lacrimas mittere
funditor -oris *m* = miles fundâ armatus
funditus = 1. a fundo; 2. delendo omnia vestigia
funestus -a -um (< funus) = tristissimus
fungi functum +*abl* = 1. (officio) f.: exsequi, praestare; 2. defungi; 3. vitâ f.: mori
funis -is *m* = multa fila colligata
funus -eris *n* = 1. funus facere (alicui): ossa (alicuius) sepelire; 2. caedes
furca -ae *f* = crux formâ Y quae servo verberando imponitur
furere = amens esse
furor -oris *m* <furere

G

gaza -ae *f* = aerarium regis, thesaurus
gemellus -i *m* = geminus parvulus
gemere = 1. graviter spirare ob dolorem; 2. plorando queri
geminare = duplicem facere, bis facere
gemini -orum *m pl* = duo fratres eodem die nati
geminus -a -um = 1. (filii) gemini: duo eodem die nati; 2. similis
gemitus -us *m* <gemere
gener -eri *m* = maritus filiae
generare = gignere
generosus -a -um = nobilis natu
genetrix -icis *f* = mater
genialis -e = iugalis
genitor -oris *m* = pater

gens gentis *f* = 1. populus, regio; 2. cuncti quibus nomen commune est; v.g. gens Iulia
genus -eris *n* = 1. nomen omnium rerum quae aliquid communis habent; 2. eius generis: talis; 3. genus hominum: cuncti homines; 4. genus grammaticale nominum (masculinum, femininum, neutrum, commune); 5. genus grammaticale verborum (activum, passivum, neutrum, deponens); 6. gens
gerere gessisse gestum = 1. (in corpore) ferre, habêre; 2. manu portare; 3. in se habêre; 4. agere, facere; 5. res gestae: casûs, facta; 6. gesta: res gestae; 7. agere, se ostendere; 8. rem gerere: bellum gerere; 9. tractare
gestare = gerere
gignere genuisse genitum = mater liberos parit, pater gignit/parentes gignunt
globosus -a -um = qui globi formam habet
globus -i *m* = 1. turba, multitudo; 2. sphaera, corpus rotundum
gloriari = gloriose dicere
gnavus -a -um = impiger, diligens
gracilitas -atis *f* < gracilis
gradi < gradus = ambulare, progredi
gradus -us *m* = 1. motus pedis ad ambulandum; 2. genus comparationis: positivum, comparativum, superlat.; 3. quisque pars operis structae ad locum superiorem aut inferiorem perveniendum; 4. genus, ordo; 5. plenu gradu: celeriter gradiens
grandaevus -a -um = senex
grandis -e = magnus
grando -inis *f* = imber qui factus est glacies
grates *f pl acc* = gratias
gratia -ae *f* = 1. res grata, beneficium; 2. gratiam referre: gratiam pro gratiâ reddere; 3. gratias agere: dicere ‘se gratiam habêre’; 4. (delicti) gratiam facere: veniam dare, (delictum) ignoscere; 5. (< gratus) caritas, favor
gratiâ = 1. ob +*acc*, *gen* +causâ, ut +*coni*; 2. meâ gratiâ: meâ causâ
gratificari *+dat* = gratum facere, placêre
gratuitus -a -um = sine mercede factus
gratulari (+*dat*) = 1. ↔ consolari; 2. g. de aliqua re: g. quia aliquid factum/ adeptum est
gravidus -a -um = 1. (femina gravida): quae infantem exspectat; 2. plenus
gravis -e = 1. ↔ levis; 2. magnus (v.g. dolor); 3. ↔ clarus, tenuis (ut vox mulieris)
gravitas -atis *f* (< gravis) = dignitas
gurges -itis *m* = 1. vorago turbida; 2. gurgites: aqua turbida, fluxus

H
habêre = 1. continêre; 2. possidêre; 3. res habêre: ex rebus constare; 4. gerere; 5. annos h.: annos natus esse; 6. se h.: animo/valetudine esse; 7. haberi: existimari; 8. h. pro indigno: indignum existimare; 9. habêto: existimato; 10. carum habêre: diligere; 11. cum animo habêre: reputare
habilis -e = aptus
habitabilis -e = qui habitari potest
habitus -us *m* = 1. status; 2. species
hàc *adv* = hac viâ, hìc
haerêre -sisse -sum = fixus esse, moveri non posse; immobilis esse
haesitare = incertus cunctari
haud-quaquam = nequaquam
haurire -sisse -stum = 1. educere, extrahere (aquam, vinum et c.); 2. hauriri: mergi; 3. bibere
hebes -etis = obtunsus (↔ acutus, acer)
heia! = interiectio hortandi vel consolandi
hercule = mehercule
hereditarius -a -um < hereditas
hereditas -atis *f* = quod heredi legatur
heres -edis *m* = 1. is cui bona legantur; 2. is qui alicui succedit
hesternus -a -um = heri factus
hiberna -orum *n pl* = castra hiberna ubi milites hieme tenentur
hibernacula -orum *n pl* = hiberna
hibernare = in hibernis esse

hibernus -a -um = hiemis
hic-ce = hic
hinc = 1. ab hoc loco; 2. ex hac re; 3. ab hôc anno; 4. hac de causâ, itaque
historia -ae *f* = fabula scripta
historicus -i *m* = scriptor rerum gestarum
hodiernus -a -um <hodie
honestas -atis *f* <honestus
honestum -i *n* = honestas, virtus
honestus -a -um <honos
honor -oris *m* = honos
honorare = honore afficere, decorare
honorificus -a -um = qui honore afficit; honorifice: cum honore
honos -oris *m* = 1. signum laudis, gloria; 2. honorem habêre alicui: aliquem honorare; 3. magistratus
horribilis -e = horrendus
horror -oris *m* <horrêre
hortus -i *m* = 1. locus ubi seruntur arb arbores et cet.; 2. horti: villa
hospes -itis *m* = amicus qui semper bene recipitur domum, etiam si inexspectatus venit
hospita -ae *f* = hospitis femina, advena
hospitalis -e = 1. hospitibus benignus; 2. hospitis, < hospes
hospitium -i *n* = 1. amicitia hospitum; 2. domus hospitis
hostia -ae *f* = 1. bestia quae immolatur; 2. hostiae maiores: tauri, oves, sues (non pulli)
hostilis -e < hostis
humanitas -atis *f* < humanus
humilis -e = 1. ↔ altus; 2. ↔ nobilis

I

iacere -io iecisse iactum = 1. aliquis aliquid expellere ut per aerem procul moveatur; 2. fundamenta i.: fundamenta locare; 3. dicere
iactare = 1. iacere atque iacere; 2. dicere atque dicere, dictitare
iactura -ae *f* <iacere = ; 1. iacturam rei facere: rem abicere/amittere; 2. quod amittitur
iaculari = iaculo uti
iaculum -i *n* = pilum quod procul iacitur
iam +*fut* = mox
iam iam(que) = statim
ibi-dem = eodem loco
icere icisse ictum = 1. percutere; 2. foedus icere: foedus facere; 3. turbare
ictus -us *m* <icere
identidem = iterum iterumque
idoneus -a -um = 1. conveniens; 2. bonus
ignarus -a -um = 1. ignorans, rudis; 2. ignarus alicuius: qui aliquid ignorat
ignavia -ae *f* = inertia (↔ fortitudo)
ignis -is *m* (*abl.* -e/-i) = calor et lux e rebus ardentibus
ignobilis -e ↔ nobilis
ignominiosus -a -um = turpis, indignus
ilico (< in-loco) = statim
il-lacrimare (rei) = lacrimare (ob rem)
illecebra -ae *f* (< illicere) = praemium
il-licere -io -lexisse -lectum = promissis impellere/incitare
il-lucescere -uxisse = lucêre incipere
il-ludere -sisse = 1. illudere aliquem/alicui: eludere aliquem
illustrare = 1. lucem inicere; 2. illustrem facere
illustris -e = 1. clarus, nobilis; 2. lumine perfusus
imago -inis *f* = 1. alicuius signum; 2. species; 3. imagines: maiorum statuae, quas Romani nobiles in atrio exponunt
imbecillus -a -um = infirmus
im-bellis -e ↔ bellicosus
im-manis -e = ferox, saevus
immanitas -atis *f* < immanis
im-maturus -a -um = 1. ↔ maturus; 2. nimis citò factus, imperfectus
im-memor -oris = oblitus
im-mensus -a -um = sine fine, ingens
im-minêre = 1. (alicui) imminêre: eminêre supra aliquem; 2. impendêre
im-minuere = minuere
im-miscêre = miscêre
im-mittere ↔ educere, extrahere

immo = 1. non ita, sed (etiam) ...; 2. immo age: agedum
im-mobilis -e = qui non movetur
im-molare = sacrificii causa occidere
im-munis -e = 1. sine munere publico; immunis militiâ: cui militandum non est; 2. vectigalibus immunis
im-par -paris = 1. ↔ par; 2. impar alicuius: qui non potest aliquid facere, peior quàm aliquid
im-partire = impertire
impatientia -ae *f* < impatiens
im-pavidus -a -um = sine metu, ↔ pavidus
impedimentum -i *n* = quod impedit
impedire = difficilem/tardum facere
impeditus -a -um = cuius motus impeditur
im-pellere -pulisse -pulsum = 1. pulsare; 2. perpellere; 3. pellere
im-pendêre = propè esse (periculum)
impensa -ae *f* = pecunia quae penditur
imperare = 1. ↔ parêre; 2. imperium exercêre; 3. potens esse; 4. imperator esse; 5. obsides imperare: imperare ut obsides dentur
imperator -oris *m* = 1. qui imperat (titulus ducis); 2. titulus principis Romani
imperatorius -a -um < imperator
im-perfectus -a -um ↔ perfectus
imperitare = imperare
imperitia -ae *f* < imperitus
imperitus -a -um ↔ peritus
imperium -i *n* = 1. regio ubi populus quidam aliis populis imperat; 2. id quod imperatur; 3. potestas; 4. ius imperatoris
im-pertire = partem dare, tribuere
impetrare = adipisci id quod rogatur
impetus -us *m* = 1. impetum facere in hostem: hostem armis petere, oppugnare; 2. belli impetus: classis
im-pius -a -um ↔ pius
im-plêre = 1. plenum facere; 2. praestare; 3. peragere
im-plorare = plorando orare
im-ponere = 1. in locum ponere; 2. finem imponere: finem facere
impraesentiarum = in praesens tempus
im-primere = 1. in locum premere; 2. premendo scribere/signum facere
im-provisus -a -um = 1. inexspectatus; 2. ex/de improviso: subitò, praeter exspectationem
im-pudens -entis = sine pudore, audax
impudentia -ae *f* = audacia sine pudore
im-pudicus -a -um ↔ pudicus
im-pugnare = oppugnare (verbis)
impulsus -us *m* < impellere
im-pune = 1. sine poenâ; 2. i. esse alicui: is non puniri
impunitas -atis *f* (< impune) = licentia
in-ambulare = huc illuc ambulare
in-animus -a -um = sine animâ, mortuus
inanis -e = vacuus
in-auditus -a -um = non priùs auditus
in-calescere -luisse = calidus fieri
in-cautus -a -um = 1. temerarius; 2. qui non cavetur
in-cedere -cessisse = 1. procedere, gradi; 2. perfundere; 3. fieri, accidere
in-cendere -cendisse -censum = 1. accendere; 2. incitare, excitare
incendium -i *n* = ignis quo consumitur domus
inceptum -i *n* = quod inceptum (coeptum) est, coepta
in-cidere = accidere, fieri
in-cîdere -disse -sum <-caedere = secare
in-citare = 1. animum excitare (ad iram); 2. citò movêre
incitatus -a -um = citus
in-clamare = i. alicui: clamare ad aliquem
in-clinare = 1. vertere in aliam partem; 2. inclinatus: qui facilè procidit
inclutus -a -um = nobilis, illustris
in-cognitus -a -um = ignotus
incohare = aedificare incipere
incohativus -a -um < incohare
incolumis -e = 1. salvus, integer; 2. servatus
incolumitas -atis *f* < incolumis
in-commodum -i *n* ↔ commodum
in-conditus -a -um = 1. non ordinatus, rudis, sine arte; 2. non instructus

in-conspectus -a -um = parum inspectus

in-consultus -a -um = temerarius, incautus

in-credibilis -e = vix credendus, (factum) quod vix credi potest

in-crepare -uisse = 1. strepitum facere; 2. magnâ voce reprehendere

in-crescere = crescere

in-cultus = qui non colitur

in-cumbere = 1. incumbere lecto (*dat*): in lecto cubantem se ponere; 2. incumbere ad/in rem: operam dare, se dedere (rei)

in-currere risse ↔ excurrere

in-cursio -onis *f*<incurrere

in-cusare = 1. accusare; 2. queri

inde = 1. illinc; 2. itaque; 3. deinde; 4. ex eâ re; 5. ab eo tempore; 6. inde ab ↔ usque ad; 7. inde quinto die: quinto die pòst

in-demnatus -a -um = non condemnatus

in-dicare = notum facere

in-dicere = 1. bellum indicere: dicere se bellum facturum esse; 2. imperare

indicium -i = quod indicatur

indigêre (+ *gen/abl*) = egêre

indignari = indignum putare

indignatio -onis *f* = ira (ob rem indignam)

indignitas -atis *f* = res indigna

in-dignus -a -um = 1. non dignus; 2. indigne pati: aegre pati

indoles -is *f* = ingenium

in-ducere = 1. in locum ducere; 2. afferre

industria -ae *f*<industrius

industrius -a -um ↔ piger

indutiae -arum *f pl* = tempus quo bello abstinetur

in-eluctabilis -e = qui vitari non potest

in-ers -rtis = segnis

inertia -ae *f* (< iners) = vita otiosa

in-exploratò = locis non exploratis

in-expugnabilis -e = qui expugnari non potest

in-famis -e = sine bonâ famâ, indignus

in-fandus -a -um = horrendus, tam horribilis ut nemo de eo loqui possit

in-fectus -a -um = 1. ↔ factus; 2. im-perfectus

in-felix -icis = 1. ↔ felix; 2. qui malam fortunam affert; 3. arbor infelix: arbor de quo condemnati reste suspenduntur

in-fensus-a-um=inimicissimus(↔benignus)

infernus -a -um = inferus

in-ferre in-tulisse il-latum = 1. bellum inferre: bellum incipere; 2. se inferre: penetrare, se proicere

infestare = infestum facere

in-festus -a -um = 1. ↔ tutus; 2. hostilis, ad pugnam paratus

in-fidus -a -um = 1. ↔ fidus; 2. perfidus

in-figere = intus figere, immittere

infimus -a -um = 1. *sup*<inferus; 2. pars infima; 3. humillimus, pessimus

in-finitum -i *n* = immensa copia

in-finitus -a -um = immensus, sine fine

infirmare = infirmum facere

infirmatio -onis *f* = responsum quod rationem infirmat

infirmitas -atis *f* < infirmus

in-firmus -a -um = invalidus, debilis

infitiari = negare, ↔ fateri

in-flammare = incendere

in-flare = implêre âere (: superbiâ), superbum facere

in-flectere = 1. declinare; 2. flectere, vertere

in-formis -e ↔ formosus

infrà = in partem/parte inferam/inferâ vel inferiorem/inferiore

in-fringere -fregisse -fractum = frangere

in-gemescere -uisse = gemere (incipere)

in-gratus -a -um ↔ gratus

in-gredi -gressum = 1. intrare; 2. gradi; 3. incipere; 4. ingredi in: inire, incipere; 5. vestigiis (*dat*) i.: vestigia sequi

in-hospitalis -e ↔ hospitalis, habitabilis

in-icere <in+iacere = 1. metum alicui i.: aliquem metuentem facere, metum inferre, immittere; 2. imponere

iniquitas -atis *f* < iniquus

in-iquus -a -um = 1. ↔ aequus; i. locus: clivus; 2. impar; 3. iniustus (↔ aequus)

in-ire = 1. intrare; 2. invenire; 3. incipere; 4. inieunte adulescentiâ: primâ adulescentiâ, initio adulescentiae

iniuria -ae *f* = 1. factum iniustum; 2. scelus violandi

iniuriâ ↔ iure

iniuriosus -a -um < iniuria

in-iussù ↔ iussù

in-nocens -entis = insons, honestus (↔ noxius)

innocentia -ae *f* < innocens

in-numerabilis -e = qui numerari non potest

in-quirere = quaerere

in-sanalibis -e = qui sanari non potest

insania -ae *f* <insanus

in-sanus -a -um = cui mens sana non est

in-satiabilis -e = qui numquam satis habet

in-sciens -entis = inscius

in-scius -a -um = nesciens, ignarus

in-scribere = 1. in locum scribere; 2. liber inscribitur: libro titulus est

in-sepultus = non sepultus

in-sequi = 1. sequi; 2. persequi

in-sidere -sedisse -sessum = 1. (locum) i.: occupare; 2. haerens fieri

in-sidêre = 1. occupatum tenêre; 2. animo (*dat*) i.: in animo sedêre (remanêre)

insidiae -arum *f* = 1. dolus occultus; 2. insidias facere (ei): e loco occulto impetum facere (in eum); 3. locus occultus unde impetus subitus fit; 4. nex

insidiari = insidias parare

insidiator -oris *m* = qui insidiatur

insigne -is *n* = 1. res qua significatur alicuius nobilitas; 2. id quod alterius rei signum fert

insignis -e = conspicuus (prae ceteris)

in-sistere = stare

in-solens -entis = audax et superbus

insolentia -ae *f* < insolens

in-solitus ↔ solitus

in-sons -ontis = 1. qui non deliquit; 2. i. culpae (*gen*): sine culpâ

in-speratus -a -um = contra spem factus

in-spicere = 1. diligenter aspicere; 2. in aliquem/aliquid aspicere, intueri, visere

in-stare = 1. acriter premere, oppugnare; 2. urgêre

instaurare = rursus incipere

instigare -avisse -atum/instinctum = incitare

instinctus -a -um = instigatus

in-stituere -uisse -utum = 1. (novam rem) primùm statuere; 2. facere, creare, legere (aliquem heredem, tutorem, testem, et cetera); 3. incipere; 4. docêre

institutum -i *n* = quod institutum est, mos

in-struere = 1. milites ordinari iubêre ut ad pugnam parati sint; 2. parare; 3. apparare; 4. re instruere: re ornare

instrumentum -i *n* = 1. res quae homines manu uti possunt; 2. res

in-suescere = adsuescere, morem sibi facere

in-supèr = 1. praeterea; 2. insupèr habêre: despicere, contemnere

in-tactus -a -um = non tactus, integer

integer -gra -grum = 1. non ruptus; 2. salvus; 3. incolumis; 4. innocens; 5. sanus (mente); 6. de integro: denuo

in-tendere = 1. advertere; 2. (animum) i.: in animo habêre

intentio -onis *f* = verba criminis

intentus -a -um = i. rei (*dat*)/in rem: attentus

inter-cedere = vetare (legem/iudicium)

inter-cludere = claudendo prohibêre

inter-diu ↔ noctu

inter-esse = 1. inter duo loci esse; 2. aliquid inter duos locos ita locari ut non transiri possit; 3. dissimilis esse; 4. loco (*dat*) interesse: in loco adesse; 5. meâ/alicuius interest: meâ/alicuius rêfert, me/aliquem iuvat

inter-icere -iecisse -iectum <iacere; interiectus esse = 1. interesse; 2. locis (*dat*) interiectus: inter locos situs; 3. paucis interiectis diebus: paucis diebus pòst; 4. adicere

inter-imere -emisse -emptum = interficere

interior -ius *comp* <intra = 1. internus; 2. magis intus

inter-ire = perire

interitus -us *m* (< interire) = mors

inter-mittere ↔ continuare

internicio -onis *f* = strages, pernicies

inter-ponere +*dat* = inter aliquem ponere

inter-regnum -i *n* = tempus inter duo regna
inter-rex -regis *m* = qui inter interregnum imperat
inter-rumpere = inter se abrumpere
inter-vallum -i *n* = spatium interiectum
inter-venire = rei i.: inter rem (in mediam rem) venire, rem turbare
interventus -us *m* < intervenire
intro-ducere = inducere
intro-ire = intrare
in-ultus -a -um = cui ultor non est
in-utilis -e = qui nihil prodest, quo nemo uti potest
in-vadere -sisse -sum = in locum vadere (oppugnatum)
in-vehere = 1. in locum vehere; 2. invehi: in animali vel vehiculo ire; 3. invehi in aliquem: verbis aliquem oppugnare, maledicere
in-venire = 1. reperire; 2. consequi; 3. excogitare, instituere
inventio -onis *f* <invenire
in-vestigare = quaerere, explorare
in-veterascere -avisse = vetus fieri
in-vicem = alter alterum
in-victus -a -um = non victus, qui vinci non potest
in-vidêre = 1. invidêre alicui: inimicus alicuius esse ob bonum alienum; 2. rei (*dat*) invidêre: rem alienam cupere; 3. dare nolle
invidia -ae *f* = 1. < invidêre; 2. ira et odium
in-violatus -a -um = incolumis
in-visere = inspicere
invisus -a -um = 1. ↔ dilectus; 2. dis (*dat*) invisus: quem di oderunt
in-vitare = (hospitem domum suam) vocare, recipere
invitus -a -um = nolens (↔ libens)
in-vius -a -um = sine viâ, difficilis transitu
ira -ae *f* = 1. animus iratus; 2. odium
irasci = iratus fieri
ire iisse itum = 1. se movêre ab loco ad locum, iter facere; 2. ire +*sup* = ire ad aliquid faciendum; 3. in eandem sententiam ire: consentire
irritare = (ad iram) incitare, instigare
irritus -a -um = 1. frustrà factus, vanus; 2. infirmus
ir-ruere = in aliquid ruere, invadere, irrumpere
ir-rumpere = 1. ↔ erumpere; 2. muros irrumpere: in muros irrumpere
irruptio -onis *f* < irrumpere
iterare = iterum facere, renovare
iter itineris *n* = 1. <ire; 2. gradus; 3. via
iucundus -a -um = 1. qui delectat; 2. gratus
iudex -icis *m* = is qui iudicat
iudicare = 1. censêre; 2. decernere quid iustum sit
iudicatio -onis *f* = quod est iudicandum
iudicium -i *n* = 1. sententia; 2. sententia de aliquo qui accusatus est
iugalis -e = coniugum
iugerum -i *n* (*pl gen* -um) = ager pedes CCXL longus, CXX latus [2523 m^2]
iugulare = trucidare
iugulum -i *n* = prior colli pars
iugum -i *n* = 1. instrumentum ligneum sub quo equi et boves mittuntur; 2. (montis) i.: mons longus; 3. servitus
iumentum -i *n* = bestia quae vehit, equus
iungere iunxisse iunctum = 1. ↔ dividere; 2. coniungere
iunior -oris *m* <iuvenis (*comp*)
iurare = 1. dis testibus affirmare; 2. in aliquo verba iurare: alicui ius iurandum dare
iure = recte, verè
ius iuris *m* = 1. quod licet et iustum est; 2. locus ubi ius dicitur; 3. iuris prudens: qui ius scit/intellegit; 4. imperium, potestas; 5. ius: leges; 6. iura: leges; 7. ius dicere: iubêre ut aliquis legibus pareat in iudicio; 8. i. iurandum: iurandi formula, id quod iuratur; 9. i. gentium: ius omnibus gentibus servandum
iussù = iussù alicuius: ut aliquis iubet, aliquo iubente
iussum -i *n* = quod iubetur, imperium
iussus = i. aliquo: iussù alicuius
iusta -orum *n pl* = funus
iustitia -ae *f* <iustus

iustus -a -um = 1. ↔ in-iustus; qui iure agit; 2. qui moris est; 3. rectus, plenus
iuvenalis -e < iuvenis
iuvencus -i *m* = bos iuvenis
iuvenilis -e = iuvenalis
iuventa -ae *f* = iuventus
iuventus -utis *f* = 1. aetas iuvenis; 2. iuvenes
iuxta +*acc* = 1. apud; 2. paulò pòst
iuxtà = 1. paulò pòst; 2. aeque; 3. eodem modo

L

labefactare = quassare
labes -is *f* = res turpis, indignitas
labi lapsum = 1. cadere; 2. per rem deorsum se movêre paulatim
labor -oris *m* = 1. opus; 2. res difficilis et molesta
laborare = 1. opus facere (↔ quiescere); 2. laborare ut: laborem suscipere ut; 3. dolêre; 4. pati, premi
laboriosus -a -um = magni laboris
lacerare = laniare
lacessere -ivisse -itum = ad pugnam provocare/incitare
lacrimabilis -e (< lacrimare) = lacrimosus
lacrimosus -a -um <lacrima (: tristis)
lacteus -a -um < lac
laetitia -ae *f* < laetus; laetitiam effundere: valde laetari
laeva -ae *f* = 1. manus laeva (↔ dextra); 2. pars laeva, locus laevus
lambere = 1. linguâ tangere; 2. (flumen) rigare (aliud flumen, locum, et c.)
lamentatio -onis *f* = comploratio
lana -ae *f* = 1. capillus ovium; 2. opus lanae
lancea -ae *f* = hasta Gallorum
laniare = scindere
lapideus -a -um = ex lapidibus factus
lapis -idis *m* = 1. saxum; 2. miliarium
laqueus -i *m* = ligamen (<ligare) funis quod rebus inicietur
largiri = 1. multùm dare; 2. donare, gratiam dare
largitio -onis *f* < largiri
largitor -oris *m* = qui largitur
lascivia -ae *f* = licentia, libido
latebra -ae *f* = locus ubi latet aliquis
later -eris *m* = instrumentum quadratum ex quo aedificia exstruuntur
latericius -a -um = e lateribus factus
latro -onis *m* = vir qui res alienas vi rapit, praedo
latrocinium -i *n* = latronum impetus
latus -eris *n* = una ex duabus partibus loci/rei; 2. pars dextra vel sinistra exercitûs; 3. latera: corpus
laureatus -a -um = lauro ornatus
laurus -i *f* = folium quo corona imperatori triumphali efficitur
laus laudis *f* = 1. verba laudantia; 2. factus laudandus, gloria
laxare = solvere
lectus -a -um = miles lectus (aptus ad pugnandum)
legare = 1. (alicui rem) legare: relinquere morte; 2. mittere legatum
legatio -onis *f* = legatorum numerus
legatus -i *m* = 1. nuntius publicus; 2. praefectus militum qui imperatorem adiuvat
legere legisse lectum = 1. scriptum vidêre et intellegere; 2. eligere; 3. colligere
legio -onis *m* = 1. pars universi exercitûs Romani (sunt in summâ XXVIII l.nes, in quibus singulis sunt sena vel quina vel quaterna milia militum); 2. exercitus
legitimus -a -um = lege institutus
lembus -i *m* = navicula velox
lenire = mitigare
lenis -e = mollis, placidus, mitis
lentus -a -um = tardus, segnis
lex legis *f* = 1. praecepta civibus curanda ad iustitiam servandam; 2. condicio
libare = sacrificii causâ effundere
libens -entis (< libêre) ↔ invitus
lîber -era -erum = 1. ↔ inclusus; 2. facilis
liberâre = 1. liberum facere; 2. liberare +*abl*: liberare ab/ex; 3. ensem vaginâ l.: educere, stringere; 4. absolvere

liberator -oris *m* = qui liberat
liberi -orum *m pl* = 1. filii; 2. liberos sumere: adoptare
libido -inis *f* <libêre = cupido
libra -ae *f* = 1. signum mensis Octobris; 2. pondus statutum (327 g)
licentia -ae *f* (< licêre) = nimia libertas
lictor -oris *m* = custos corporis
ligare = vincire
limen -inis *n* = 1. gradus sub foribus in quo SALVE scribebatur; 2. domus
limes -itis *m* = via angusta
limus -i *m* = terra umida et mollis
linquere liquisse lictum = relinquere, deserere
linter -tris *m* = navicula levis
lis litis *f* = certamen de iure
lituus -i *m* = 1. baculum aduncum; 2. tuba adunca
locare (< locus) = 1. ponere; 2. locatus: situs
locuples -etis = dives
locupletare = locupletem facere
locus -i *m* = 1. id ubi aliquid est/locatur; 2. in loco alicuius: pro aliquo, sicut aliquis; 3. hôc loco: hìc; 4. summo loco natus: parentibus nobilissimis natus; 5. occasio
longe = 1. multùm (cum verbis differentiam significantibus, ut "aliud" vel *adi comp)*; 2. procul; 3. longe aliud ... aliud: aliud ... longe aliud
longinquitas -atis *f* < longinquus
longinquus -a -um ↔ propinquus
longitudo -inis *f* <longus
luctus -us *m* <lugêre
lucus -i *m* = silva deo sacra
ludibrium -i *n* = 1. id quod eluditur; 2. ludibrio habêre: eludere
ludicra, ars = ars scaenae
ludicrum -i *n* = ludi
ludus -i *m* = 1. locus ubi magister discipulos docet; 2. <ludere; 3. ludi: ludi publici, a civibus spectati; 4. ludus (gladiatorius): ludus in quo gladiatores armis exercentur
lugêre -xisse = 1. maerêre (ob alicuius mortem); 2. l. aliquem: l. ob mortem alicuius; 3. luctus alicuius habêre
lugubris -e (< lugêre) = funestus
lumen -inis *n* = 1. lux; 2. oculus
lunaris -e < luna
lupa -ae *f* = lupi femina
lustrare = 1. (oculis) lustrare: inspicere; 2. (exercitum) lustrare: purum facere rite sacrificando; 3. illustrare
lustrum -i *n* = ritus exercitûs lustrandi; l. condere: l. peragere, censum facere
lux lucis *f* = 1. id quod sol fert; 2. ante lucem: ante diem; 3. vita; 4. dies
luxuria -ae *f* = luxus
luxuriari = in luxu vivere
luxus -us *m* = vita nimis magnifica

M
maceria -ae *f* = murus qui hortum cingit
machina -ae *f* = instrumentum belli (ad muros destruendos)
machinari = clam excogitare (dolum)
macte = interiectio gratulandi; macte virtute esto!: gratulor tibi de virtute, bene facis
macula -ae *f* = 1. labes; 2. nota, signum differens colore
maculare (< macula) = polluere
maeror -oris *m* < maerêre
maestitia -ae *f* <maestus
maestus -a -um = maerens, tristis
magis = 1. ↔ minus; 2. magis A quàm B: non B sed A; 3. *comp* adiectivorum quae desinunt in -eus/-ius/-uus (praeter -quus); 4. non magis ... quàm: non tam ... quàm; 4. magis quàm: neque
magister -tri *m* = 1. is qui docet; 2. magister equitum: secundus a dictatore
magistratus -us *m* = 1. officium publicum; 2. vir qui magistratu fungitur
magnificentia -ae *f* <magnificus
magnificus -a -um (*comp* magnificentior, *sup* magnificentissimus) = magnus et pulcher
magnitudo -inis *f* <magnus

maior -ius = 1. *comp* magnus; 2. m. natu: plures annos natus

maiores -um *m pl* ↔ posteri

male-dicere = male dicere

malitia -ae *f* < malus

manare = fluere

mandare = 1. tradere (rem agendam), imperare; 2. tradere, dare negotium; 3. (+*acc*+*inf*) nuntiare

mandatum -i *n* = imperium

mane = 1. horâ primâ; 2. tam m.: tam citò

manêre mansisse = 1. stare; 2. pergere esse

Manes -ium *m pl* = 1. animae mortuorum; 2. mortui

manifestus -a -um ↔ dubius

manipulus -i *m* = tertia pars cohortis, quae e duobus centuriis constat

mansuetudo -inis *f* = clementia

manus -us *f* = 1. pars bracchii infima; 2. armatorum numerus; 3. in manûs alicuius: aliquis possidens; 4. manu: armis

maritimus -a -um = 1. ad mare situs; 2. maris, qui per mare it vel mari est

marmor -oris *n*: columnae saepe ex eo efficiuntur

marmoreus -a -um = e marmore factus

materia -ae *f* = 1. id quo aliquid efficitur; 2. causa; 3. res, ratio

maternus -a -um <mater

matrimonium -i *n* = coniugium

matronalis -e <matrona

maturare = properare

mature = citò, mox

maturitas -atis *f* < maturus

maturus -a -um = 1. satis adultus, paratus ad aliquid; 2. ↔ serus; qui primo/sine morâ/ante tempus fit

mausoleum -i *n* = monumentum magnificum mortuo aedificatum

maxime = 1. valde; 2. praecipue; 3. *sup* adiectivorum quae desinunt in -eus/-ius/-uus (praeter -quus)

me-castor = per Castorem!

mederi (+*dat*) = remedium dare, sanare

mediocris -e = modicus

meditari = cogitare (de), in animo habêre

meditatio -onis *f* (< meditari) = cogitatio

me-hercle, me-hercule = per Herculem!

melius *adv* = potius

memento -tote *imperf fut* <meminisse; tu memento regere: nolito oblivisci regere, curato ut regas

memor -oris = 1. qui meminit, reminiscens (↔ oblitus); 2. memor esse: meminisse (memor esto: memento); 3. similis, qui aliquem alicuius memorem facit

memorabilis -e = memorandus

memorare = 1. narrare, dicere; 2. mentionem facere

memoria -ae *f* = 1. facultas res praeteritas memorandi; 2. res memorata; 3. fabula antiqua; 4. post hominum memoriam: post hominum tempus/aetatem; 5. memoriae tradere/mandare/prodere: scriptum relinquere

mentio -onis *f* = 1. mentionem facere alicuius: loqui de aliquo; 2. m. fit/incidit de aliquo: aliquis memoratur; 3. m.nem facere rei (*gen*): rem memorare

mercari = emere

mercatura -ae *f* = negotium mercatoris

mercatus -us *m* = locus quo mercatores conveniunt

merces -edis *f* = 1. pecunia quae pro labore accipitur; 2. pecunia quae pro alicuius usu solvetur; 3. praemium

merêre/-ri = 1. dignus aliquo esse; 2. dandus esse quia eo dignus est; 3. stipendia m.: militare: 4. bene m. de aliquo: bene facere alicui; 5. stipendia m.

meritum -i *n* = factum quo laus meretur

meritus -a -um = qui meret

-met = ipse (ego-met, me-met, se-met, vos-met, mea-met, et c.)

metallum -i *n* = aurum, argentum, aes, ferrum metallum est

metari = fines designare, locare

metiri mensum = 1. modum statuere numerando; 2. annum m.: anni longitudinem (numerum dierum) statuere

metus -us *m* = timor
micare = subitò moveri ac fulgêre
migrare = in alium locum ire habitatum
milia -orum *n* = 1. *sing* mille: duo milia; 2. milia: milia passuum
miliarium -i *n* = miliaria sunt lapides iuxta vias positi M passibus interiectis
militaris -e <miles
militia -ae *f* = 1. vita militaris; domi militiaeque: in pace et in bello; 2. officium militum; 3. militiae (*loc*): in castris, in bello
minae -arum *f pl* = dicta minantia; minas iactare in: minari
minari = minari alicui aliquid: poenam aliquam promittere alicui
minister -tri *m* = 1. servus qui cibum in triclinium portat; 2. quilibet servus
ministerium -i *n* = officium ministri
ministra -ae *f* = ancilla
minitari = minari
minus = 1. non tam; 2. ↔ -ior -ius; 3. si minus: si non, alio modo
mirabundus -a -um = mirans
miraculum -i *n* = res mirabilis
mirus -a -um = 1. quod mirantem facit; 2. mirandus; 3. miris modis: in modum mirandum
miscêre -uisse -xtum = 1. duo res vel plùs confuse (<confundere) iungere; 2. turbare
miserabilis -e = miserandus
miserari = miser esse ob (alicuius malam fortunam)
miseratio -onis *f* < miserari
misereri = m. alicuius: miserari aliquem
miseria -ae *f* <miser
miseri-cordia -ae *f* = dolor ob alterius miseriam
missile -is *n* = telum
mitigare = mitem facere, mollire
mitis -e ↔ ferox
mittere misisse missum = 1. facere ut aliquid portetur ad locum/aliquem; 2. solvere, ↔ prehendere; 3. iacere; 4. facere ut aliquis in locum eat
moderari (+*dat*) = temperare
moderatio -onis *f* (< moderari) = 1. temperantia; 2. modestia
moderator -oris *m* = qui moderatur
moderatus -a -um = qui modum non excedit
modestia -ae *f* < modestus
modestus -a -um = paulo contentus, abstinens
modicus -a -um = nec magnus nec parvus
modius -i *m* = modus [8,75 l]
modò = 1. tantùm, solùm; 2. nuper; 3. m. ... m.: tum ... tum; 4. +*coni*: dummodo
modus -i *m* = 1. id quomodo aliquid fiat; 2. eo modo: ita, sic; 3. nullo modo: minime; 4. in modum: modo (*abl*); 5. modi verborum: indicativus, imperativus, optativus, coniunctivus, infinitivus; 6. certus numerus, magnitudo; 7. (agri) modus: certum agri spatium (numerus iugerum); 8. finis non excedendus; 9. huius modi: huius generis, talis; 10. eius modi: eius generis, talis; 11. quem ad modum: quomodo
moles -is *f* = 1. ingens forma, magnitudo; 2. labor molestus ac difficilis; 3. magnitudo
molestus -a -um = 1. ↔ iucundus; 2. moleste pati/ferre: iratus esse ob aliquid
moliri = laborare, niti
mollire = 1. mollem facere; 2. sedare (animos)
momentum -i *n* = m. (temporis): tempus brevissimum
monitus -us *m* <monêre
monumentum -i *n* <monêre = 1. m. rei: quod monet de re; 2. monumentum esse alicui: aliquem monêre
mora -ae *f* = 1. sine/positâ morâ: continuo; 2. res difficilis quae aliquid prohibet; 3. breve tempus per quod aliquid cessat; 4. nec mora: ac sine morâ
morari <mora = diutius in loco manêre
morbus -i *m* = mala valetudo
moribundus -a -um = moriens
mortalis -e = 1. qui mori potest; 2. humanus; 3. mortalia: fata mortalium (hominum); 4. mortales: homines

mos moris *m* = 1. id quod fieri solet; 2. more alicuius: ut aliquis; 3. modus agendi

motus -us *m* 1. <movêre; 2. perturbatio (<perturbare), affectus; 3. seditio; 4. m. terrae: m. terrae dum concutitur

movêre movisse motum = 1. quatere; 2. afficere, permovêre, tangere; 3. (risum) movêre: excitare; 4. cogitare; 5. removêre; 6. castra movêre; 7. bellum/arma movêre: bellum inferre

mugire = ‘mu’ facere (ut bos)

muliebris -e <mulier

multare = punire

multò +*comp* = 1. multùm magis; 2. longe

multum -i *n* = 1. magna quantitas; 2. ad multum diei: ad horam seram

multus -a -um = 1. magnae quantitatis; 2. in/ad multam noctem: in seram noctem

munimentum -i *n* = munitio (murus, vallum)

munire = 1. (locum) vallo/muro circumdare; 2. (viam) aedificare, facere; 3. custodire

munitio -onis *f* = opus quo locus munitur

munitus -a -um = tutus

munus -eris *n* = 1. donum; 2. officium; 3. officium perfectum; 4. muneri dare: dono dare, donare

murmur -is *n* = vox quae vix auditur (↔ clamor)

mus muris *m* = animal parvum quod mulieres exterret et libros êst

mutabilis -e = qui facilè mutatur

mutatio -onis *f* < mutare

N

nancisci nactum = adipisci, invenire (rem nanciscor: res mihi datur)

nare = natare

nata -ae *f* = filia

natio -onis *f* = gens

natura -ae *f* = quae propria sunt rei

natus -a -um = 1. <nasci ↔ mori; 2. puer VII annos natus: puer VII annorum; 3. deâ natus: deae filius; 4. aptus

natus -i *m* = filius

naufragium -i *n* <navis+frangere

nauticus -a -um = navalis

navalia -ium *n pl* = locus ubi naves aedificantur et reficiuntur

navalis -e <navis

navicularius -i *m* = qui navem possidet

ne = 1. non; 2. ne ... quidem: etiam non; 3. ut ne; 4. ut ne, quia non; 5. ne desperaveris!: noli desperare!; 6. utinam ne: opto ne; 7. ne non: ut; 8. ne multa: ne multa dicam

nebula -ae *f* = nubes quae terram operit

nec-dum/neque-dum = et nondum, nec adhuc

necessariò = quia necesse est, ex necessitate

necessarius -i *m* = propinquus, amicus

necessitas -atis *f* <necesse

nectere -xisse -xum = vinculo iungere

ne-fandus -a -um = infandus

ne-fas *indecl n* ↔ fas

ne-fastus -a -um = (dies) n.: quo nefas est cum populo agere (ius dicere)

negare = 1. dicere ‘non verum esse’; 2. n. alicui: dare nolle alicui; 3. negare ‘se esse’: dicere ‘se non esse’; 4. nolle

negitare = saepe ac vehementer negare

neglegere -exisse -ectum = 1. ↔ curare; 2. despicere, contemnere

negotiari = negotia gerere

negotiator -oris *m* = qui negotia gerit, mercator

negotium -i *n* = 1. officium, opus, ↔ otium; 2. res

nepos -otis *m* = filius filii/filiae

ne-quaquam = nullo modo

ne-quiquam = frustra

ne-quire -ivisse/-iisse = non posse, non quire

nervus -i *m* = 1. vires, robur; 2. funis tenuissimus quo fides sonantur

nesquio-quis = aliquis

ne-ve/neu = 1. vel ne, et ne; 2. neve ... neve: neque ut... neque ut

ni = nisi

nihil/nîl = nequaquam

nihilo = 1. nullo modo; 2. nihilo minus/setius: tamen

nimbus -i *m* = nubes quae imbrem affert

ni-mirum = scilicet, certe

nimiùm = nimis

niti nisum = 1. laborare, studêre, operam dare; 2. niti in aliquo: situm esse in potestate alicuius

nobilitare = nobilem facere

nobilitas -atis *f* = 1. < nobilis; 2. omnes cives nobiles, optimates

nocêre -uisse = 1. ↔ prodesse; 2. afferre detrimentum

noctu = nocte

nocturnus -a -um <nox

nodus -i *m* = vinculum, nexus (< nectere)

nomen -inis *n* = 1. verbum quo aliquem/ aliquid notus/notum est; 2. pars orationis cum casu, corpus aut rem proprie communiterve significans; 3. nobilitas, gloria; 4. populus, gens; 5. n. dare: se iungere (ad exercitum)

non-nihil *adv* = haud paulum, aliquid

noscitare = agnoscere

nota -ae *f* = 1. signum scriptum; 2. signum a censoribus appositum ad senatoris nomen ut de senatu moveantur

notare = 1. diligenter animadvertere; 2. ↔ probare

Notus -i *m* = ventus qui a meridie flat

novellus -a -um = parvulus

novissime = nuper

novissimus -a -um = ultimus

novitas -atis *f* <novus = 1. ↔ vetustas; 2. status hominis novi

novus -a -um = 1. ↔ antiquus; 2. antea ignotus; 3. luna nova: luna cuius exigua pars tantum videtur; 4. alter, alius; 5. incredibilis, quod nunc primum accidit; 6. mirus; 7. (homo) novus: qui primus e gente suâ magistratum init

noxa -ae *f* = culpa

noxius -a -um (< noxa) ↔ insons

nubere -psisse -ptum = 1. alicui nubere: alicuius uxor fieri; 2. ei nupta: eius uxor; 3. nuptum dare: in matrimonium dare

nudare = 1. nudum facere; 2. exponere ad hostes, vacuum defensoribus facere

nudus -a -um = 1. sine vestimentis; 2. qui non defenditur

numen -inis *n* = voluntas deorum

numerosus -a -um = frequens, *pl* multi

numerus -i *m* = 1. I, II, III numeri sunt; 2. quantitas; 3. numerus nominum: singularis, pluralis; 4. in deorum numero haberi: deus esse

nuncupare = nominare

nuntia -ae *f* = ea quae verba portat (inter homines)

nupta -ae *f* = uxor

nuptiae -arum *f pl* <nubere = matrimonium

nurus -us *f* = uxor filii

nusquam = nullo loco (↔ ubique)

nutrire = alere

nutus -us *m* = motus deorsum, vis gravitatis

Nympha -ae *f* = Nymphae sunt deae minores quae silvas, montes, flumina incolunt

O

ob +*acc* = 1. propter; 2. ante

ob-ducere: obductâ nocte: obscurâ nocte

ob-equitare = equo vehi (ad)

ob-icere = opponere, offerre

ob-iectare = obicere

ob-ire = 1. adire; 2. mortem/diem (mortis) obire: mori; 3. sol obiens: sol occidens

obitus -us *m* (<obire) = mors

ob-ligare = officio tenêre

obliquus -a -um = 1. inclinatus; linea obliqua [/] ↔ recta [|]; 2. oratio obliqua (‘...’): legibus grammaticis mutata (*acc* + *inf* pro *nom* + *ind*, *coni* pro *ind*, *pers 3* pro *1/2*) ↔ oratio recta (“...”)

oblivio -onis *f* < oblivisci

oblivisci -litum = memoriam alicuius amittere

ob-mutescere -tuisse = mutus fieri

ob-nubere = velare

ob-oedire (< -audire) = parêre

ob-oriri = oriri

ob-repere = clam ascendere
ob-rigescere -guisse = rigens fieri
ob-ruere -ruisse -rutum = 1. operire (re suprà iniectâ); 2. opprimere; 3. fluctibus obrui: submergi
obscurare = obscurum facere
obscurus -a -um = 1. ↔ clarus; 2. difficilis intellectu; 3. ignotus
ob-sequi = parêre
ob-servare = colere, honorare, carum habêre
obses -idis *m/f* = homo nobilis qui victori hosti pignus traditur ne pax violetur
ob-sidêre -sedisse -sessum = exercitu tenêre inclusum
obsidio -onis *f* <obsidêre
ob-sistere = resistere
ob-stare = 1. viam claudere, prohibêre; 2. ↔ sinere
obstinatus -a -um = firmus, constans
ob-struere = claudere (re obstante)
ob-stupescere -puisse = stupêre incipere, stupens fieri
ob-secundare = obsequi, parêre
ob-surdescere -duisse = surdus fieri
ob-temperare = oboedire, parêre
ob-testari = orare (diis testibus)
ob-tinêre = 1. tenêre in suâ potestate; 2. adipisci
ob-trectare = 1. verbis male tractare/vexare; 2. rei (*dat*) o.: rem o./verbis oppugnare
obtrectatio -onis *f* < obtrectare
ob-truncare = trucidare
obtunsus -a -um ↔ acutus; (animus) o.: qui nihil sentit
ob-venire = evenire (sortibus)
ob-viam = 1. obviam ire: occurrere; 2. obviam ire: adversari
ob-vius -a -um = 1. qui obviam it; 2. obvius esse: obviam ire
occasio -onis *f* = tempus idoneum
occasus -us *m* <occidere
oc-cidere -cidisse = 1. ↔ oriri; 2. cadere, interfici, mori
occultus -a -um = 1. latens; 2. abditus, secretus
occupare = 1. vi capere et suum facere; 2. possidêre, potiri; 3. occupatum tenêre
occupatus -a -um = 1. deditus; 2. ↔ otiosus
oc-cursare = occurrere
ocissime *sup* = celerrime
ocius *adv* = celerius
octies = 8x
octogesimus -a -um = LXXX (80)
odor -oris *m* = quod per nasum sentitur
of-fendere = (inexspectatum) invenire
offensa -ae *f* = indignatio (ob iniuriam)
offensio -onis *f* = calamitas
of-ferre ob-tulisse ob-latum = 1. se daturum esse dicere/ostendere; 2. se offerre: se ostendere; 3. oblatus: visus; 4. alicui offerri: alicui apparêre/obviam ire
olim = 1. aliquo tempore, tempore antiquo; 2. aliquando pòst
omen -inis *n* = signum quod rem futuram portendit
o-mittere = 1. praetermittere; 2. omitte +*inf.* noli; 3. omissus: relictus
omnino = 1. in omni re, plane; 2. ex omnibus
onerare = 1. onere implêre; 2. aliquem promissis onerare: alicui multa promittere
onus -eris *n* = quod portatur
opacus -a -um = qui umbram habet
opem -is -e (*acc gen abl*) *f* = 1. auxilium; 2. summâ ope: omnibus viribus
opera -ae *f* = 1. opera alicuius: quod aliquis agit; 2. tuâ operâ: tuâ causâ; 3. munus libenter functum; 4. non operae est (mihi): non tempus est, nolo; 5. operam dare: laborare, curare; 6. alicui operam dare: aliquem attente audire
operarius -i *m* = vir qui manibus suis opus facit
opes -um *f pl* = 1. divitiae; 2. potentia
opifex -icis *m* = operarius
opimus -a -um = 1. spolia opima: spolia duci hostium occiso erepta; 2. opulentus
opinari = arbitrari, putare
opinio -onis *f* (< opinari) = 1. sententia; 2. fama

oportêre: oportet +*inf / coni* = necesse est, convenit
oppidani -orum *m pl* = cives oppidi
op-plêre = complêre et operire
op-ponere = contrà ponere
opportunitas -atis *f* = res opportuna/idonea
opportunus -a -um = idoneus, qui obicitur (rei)
op-primere -pressisse -pressum = 1. superare (premendo); 2. premere
oppugnatio -onis *f* < oppugnare
optimates -ium *m pl* = optimi/principes cives, factio nobilium
opulentia -ae *f* < opulentus
opulentus -a -um = dives, potens
opus -eris *n* = 1. id quod efficitur; 2. labor rustica; 3. labor militaris ad muniendum; 4. aedificium; 5. opera: opera obsidionis, munitiones
opus esse = 1. necesse esse, oportere; 2. opus esse aliquo: necesse esse aliquid; 3. facto opus est: facere opus est; 4. alicuius opus esse: aliquo opus esse
ora -ae *f* = 1. finis terrae, unde mare incipit; 2. regio
oraculum -i *n* = 1. locus ubi fatum divinitus praedicitur sortibus; 2. fatum praedictum
oratio -onis *f* = 1. sermo; 2. orationes habêre: verba facere
orator -oris *m* = 1. qui orationes habet; 2. legatus (qui orat)
oratorius -a -um <orator
oratrix -icis *f* = quae orat
orbis -is *m* = 1. motus rotundus; 2. forma rotunda et globosa (ut forma solis et lunae); orbem conficere: in orbem se movêre; 3. o. terrarum: omnes terrae; 4. orbis: orbis terrarum
orbitas -atis *f* <orbus
orbus -a -um = 1. qui liberos amisit; 2. qui parentem amisit
ordinare = 1. in ordine ponere; 2. instituere constituere
ordiri orsum = (loqui) incipere
ordo -inis *m* = 1. linea rerum/hominum aliorum post alia; 2. modus collocandi; 3. (ex) ordine: post alium alius; 4. ordo (equester): equites Romani
orientalis -e <oriens
origo -inis *f* <oriri = 1. originem trahere: ortus esse; 2. principium, initium
oriri ortum = 1. sol oriri: in caelum ascendere; 2. (in caelum) fieri, concipi; 3. initium facere; 4. primum fieri, incipere; 5. nasci
ornamentum -i *n* = 1. res quae ad meliorem vel pulchriorem apparendum alicui additur; 2. instrumenta; 3. quod ornat/ illustrat
ornare = 1. aliquid pulchrius/melius facere; 2. instrumentis parare; 3. paratum facere; 4. re ornatus: rem habens
ornatus -a -um = 1. cum ornamentis; 2. illustris
ortus -us *m* <oriri ↔ occasus
os oris *n* = 1. quod est inter labra; 2. ostium, locus quo flumen in mare influit; 3. uno ore: simul dicens; 4. uno ore: omnes consentientes; 5. vultus; 6. ante ora: ante oculos
os ossis *n* = 1. quod canes edunt; 2. ossa: corpus mortuum
os-tendere -disse = 1. monstrare; 2. notum facere; bellum o.: se bellum facturum esse ostendere
ostentare = gloriose ostendere
otium -i *n* = 1. vacuum tempus, ↔ negotium; 2. pax, tranquillitas; per otium: in pace
ovare = superbe gaudêre

P

pabulum -i *n* = cibus pecoris et equorum
pabulari = pabulum petere
pacare = ad pacem cogere, subigere
pacisci pactum = condicionem ferre, ex composito postulare
pacto = quo pacto: quo modo
paelex -icis *f* = altera uxor
paenitêre = 1. me (*acc*) paenitet ita fecisse: doleo quod ita feci; 2. me paenitet facti: me paenitet ita fecisse; 3. me paenitet rei (*gen*): mihi displicet res

palam = 1. ↔ clam; 2. p. facere: patefacere
palari = errare
pallescere -uisse = pallêre incipere, pallidus fieri
palma -ae *f* = 1. ramus qui victor accipit; 2. manus
paludamentum -i *n* = pallium militis
palus -udis *f* = locus umidus
palus -i *m* = stipes
pandere -disse passum = 1. late extendere; 2. agmen extendi iubêre
Pantheum/-on -i *n* = altum templum rotundum
papaver -eris *n* = flos quidam
par paris = 1. aequus; 2. alteri par: similis, tam bonus/validus ... quàm alter; 3. virtuti par: qui virtutem aequat
parare = 1. paratum facere; 2. paratus esse; 3. (fugam) parare: facere quod opus est (ad fugam); 4. res paratas habêre ad aliquid; 5. emere; 6. aliquem mercede corrumpere
paratus -a -um = 1. qui aliquam rem facere potest quia omnia habet quae necesse sunt ut rem faciat; 2. alicui paratus: ad aliquid paratus
parcere pepercisse -rsum = 1. alicui parcere: aliquem non necare, salvum esse sinere; 2. servare; 3. abstinêre
parens -entis *m/f* = pater/mater
parere -io peperisse partum = 1. ovum expellere; 2. femina feta filium nondum natum expellere; 3. pacem parere: pacem facere; 4. facere, dare; 5. per se facere
paries -etis *m* = murus domûs
pariter = 1. aeque, eodem modo; 2. pariter cum: simul cum
parricidium -i *n* <parricida = nex parentis/cognati
pars -rtis *f* = 1. aliquid ex toto; 2. unus ex toto aeque diviso; 3. locus; 4. pars / partes: factio; 5. magnâ (ex) parte: paene totus; 6. decima pars: 1/10
particeps -ipis ↔ expers
partim = in parte; partim ... alias: alias ... alias
partiri = 1. dividere (in partes); 2. aliquid in partes dividere et dare
parturire = pariturus esse (< parere)
partus -us *m* = 1. < parere; 2. partu edere: parere
parum = 1. non satis; 2. haud; 3. vix
parum-per = paulisper
passim = longe lateque, ubique
pastio -onis *f* < pascere
pate-facere = 1. aperire; 2. in lucem efferre, publice ostendere
pate-fieri *pass;* pate-facere *act*
pater -tris *m* = 1. vir caput familiae; 2. vir qui liberos habet; 3. vir qui aliquem genuit; 4. pater familias: pater (dominus) familiae; 5. patres (conscripti): senatores, sic honoris causâ appellati
patera -ae *f* = vas humile ex quo vini sacrificium fit
patêre = 1. apertus esse; 2. locus esse qui transiri potest; 3. se extendere, locatus esse in loco lato; 4. fuga patêre: fugere licêre; 5. longus/latus esse; 6. patet: apparet, ostenditur
paternus -a -um <pater
patescere -uisse = patêre incipere, patens fieri
pati passum = 1. ferre (dolorem); 2. aequo animo ferre; 3. sinere; 4. moleste/aegre/indigne p. aliquid: iratus esse ob aliquid
patrare = perficere
patricii -orum *m* = 1. homines nobili generi nati ↔ plebeii; 2. liberi Patrum (senatorum)
patrimonium -i *n* = bona patris familiae
patrius -a -um < pater
patrocinium -i *n* = 1. officium patroni; 2. auxilium
patronus -i *m* = defensor
patruus -i *m* = frater patris
paucitas -atis *f* < pauci
paulatim = paulùm ac paulùm (↔ subitò)
paululum = paulùm
pavêre = pavidus esse
pavidus -a -um = timidus, territus
pavor -oris *m* = timor subitus

peccare = delinquere
peccatum -i *n* = delictum
pectus -oris *n* = 1. pars corporis sub collo et super ventrem; 2. pars corporis feminarum quae lac dat; 3. animus, mens
pecua -um *n* = pecudes
peculatus -us *m* = furtum pecuniae publicae
pecus -udis *f* = 1. bestia qua utitur agricola; 2. ovis
pedester -tris -tre <pes = peditum
pellere pepulisse pulsum = fugare
Penates -ium *m pl* = 1. di qui domum vel patriam tuentur; 2. domus
pendere pependisse pensum (pecuniam) = solvere
penes *adv* = apud
penetralia -ium *n pl* = domus interior
penetrare = vi intrare
penitus = 1. ex interiore parte; 2. in partem interiorem; penitus pervenire: penetrare
pensare = reputare
pensio -onis *f* = pecunia solvenda
pensitare = pendere
penuria -ae *f* = inopia
per- = valde ...
per-agere = 1. perficere, exsequi; 2. finire, ad finem agere; 3. diebus aliquibus peractis: d. a. pòst
per-agrare = pererrare
per-angustus -a -um = valde angustus
per-blandus -a -um = valde blandus
per-brevis -e = valde brevis
per-celeris -e = valde celeris
per-cellere -culisse -culsum = 1. percutere (animum), perturbare; 2. perculsus: perterritus
per-censêre = enumerare
perceptio -onis *f* = collectio
per-contari = interrogare
per-contatio -onis *f* < percontari
per-dere -didisse -ditum = 1. ↔ servare; 2. (tempus) frustra ponere; 3. ruinam afferre; 4. amittere
per-domare = funditus domare, subigere
perduellio -onis *f* = scelus maximum contra rem publicam
peregrinus -a -um = cui alia patria est
perennis -e = 1. semper fluens; 2. perpetuus
per-errare = p. terram: errare per terram
per-exiguus -a -um = valde exiguus
perfectus -a -um = 1. finitus; 2. qui melior fieri non potest
per-ferre = 1. ferre (usque ad finem); 2. diu pati; 3. perferri: fama ferri ad aliquem/ in aliquem locum
perfidia -ae *f* <perfidus
per-fidus -a -um = qui fidem fallit
perfuga -ae *m* = miles qui ad hostem perfugit/transfugit
per-fugere = confugere
perfugium -i *n* = asylum
per-fundere -fudisse -fusum = 1. totum afficere, permovêre; 2. rigare
per-fungi = defungi
pergere perrexisse = 1. non desinere; 2. ire pergere; 3. progredi, proficisci
per-hibêre = habêre, existimare; perhibetur: narratur
per-imere -emisse -emptum = interimere, perdere
periocha -ae *f* = breviarium
per-ire = 1. perdi, mori (↔ servari); 2. abire; 3. se perdere, non fieri; 4. deleri, absumi
peritus -a -um ↔ ignarus
per-magnus -a -um = valde magnus, maximus
per-manêre = diu manêre
per-miscêre = miscêre
per-mittere = 1. alicui p.: aliquem sinere; 2.tradere,credere;3.mandare,committere
permixtio -onis *f* (< permiscêre) = perturbatio
per-molestus -a -um = valde molestus
per-multi -ae -a = plurimi
per-mutare = inter se mutare
permutatio -onis *f* <permutare
pernicies -ei *f* = caedes, strages
perniciosus -a -um = nocens, ↔ saluber
per-orare = orationis finem facere
per-pellere -pulisse -pulsum = persuadendo pellere (ad agendum)
per-rogare = ordine interrogare (senatores)
per-saepe = valde saepe

per-sequi = 1. (fugientem) sequi; 2. sequi, comitari; 3. sequi, imitari
per-severare = firme stare, constans manêre, ↔ cessare
per-solvere = solvere, praestare
per-spicere = plane vidêre
per-stare = firme stare, perseverare
per-timescere -uisse = expavescere
per-tinêre ad = attingere, afficere
per-turbare = 1. valde turbare, miscêre; 2. animos permovêre, commovêre, afficere
per-vadere = per aliquam rem vadere (aliquid mali; Hispanice "cundir")
per-vastare = funditus vastare
per-volare = pervenire volando
pessum dare = perdere
pesti-fer -era -erum = qui pestem fert
pestilentia -ae *f* = morbus gravis qui multos simul afficit
pestis -is *f* = mors
petitio -onis *f* < petere
phalerae -arum *f pl* = ornamenta rotunda quae viri nobiles ac milites in pectore gestabant honoris causa
pharetra -ae *f* = locus quo sagittae continentur
philosophia -ae *f* = p. naturalis: id quod docetur de rerum natura
philosophus -i *m* = vir sapiens qui docet philosophiam
pietas -atis *f* <pius = amor deum/parentum/patriae
piger -gra -grum = 1. ↔ industrius; 2. piger campus: sterilis campus
pigêre = taedêre; me piget: me taedet
pignus -oris *n* = res cara data fidei causâ (pro pecuniâ mutuâ)
pilleus -i *m* = res e lanâ facta quae in caput induitur
pingere pinxisse pictum = 1. colore operire, imaginibus ornare; 2. vestis picta: vestis filis ornata quae lineis pulchris faciunt; 3. tabula picta: imago in tabula picta
piraticus -a -um < pirata
pius -a -um = qui deos et patriam et parentes diligit
placêre -uisse/-itum esse = 1. alicui placêre: iucundus esse; 2. patribus placet: patres volunt; 3. placuit ut/ne: decretum est ut/ne; 4. placitum est: ei/iis placuit
placidus -a -um = quietus, non turbatus (↔ acer)
placitus -a -um = qui placet, gratus
planus -a -um = 1. qui facilè intellegitur; 2. (locus) planus: aequus
plausus -us *m* <plaudere
plebeii -orum *m* = homines humili generi nati ↔ patricii
plebes -is *f* = plebs
plebs -bis *f* = plebeii, populus Romanus praeter patres et patricios
pleri-que plerae-que plera-que = prope omnes
plerum-que *n* = maior pars
plerum-que *adv* = propè semper
plerus-que plera-que plerum-que = 1. plerique; 2. pleraque pars: maior pars
pluma -ae *f* = penna
plumbum -i *n* = metallum grave ac vile quod facilè mollitur
plurimùm = maxime multùm
plurimus -a -um *sup* <multus
poema -atis *n* (*pl abl* -atis) = opus versibus scriptum, carmen
poena -ae *f* = 1. > punire; 2. poenas dare alicui: puniri ab aliquo; 3. poenas ab aliquo recipio: aliquis mihi poenas dare (a me punitur)
poetria -ae *f* = femina poeta
pollens -entis = potens
pollêre = valêre
pollicitari = polliceri
pollicitatio -onis *f* (< pollicitari) = promissum
polluere -uisse -utum= sordidum facere (↔ purgare)
pomerium -i *n* = spatium intra et extra moenia quod neque habitari neque arari fas est

pompa -ae *f* = agmen hominum festo die procedentium
pondo *abl* <pondus (=pondere)
pondus -eris *n* = 1. onus grave magnum pondus habet; 2. moles gravis
ponere posuisse positum = 1. aliquid movêre ut in mensâ situs sit; 2. (vestem) ponere: ↔ induere; 3. castra ponere: castra exstruere; 4. arma ponere: arma deponere, se dedere; 5. in medio ponere: palam ostendere; 6. bellum ponere: bellum finire; 7. positâ morâ: sine morâ; 8. positus: situs
pons pontis *m* = opus exstructum ad flumen transiendum
pontifex -icis *m* = summus sacerdos omnibus praepositus
pontus -i *m* = mare
populares -ium *m pl* = cives
populari = vastare
popularis -e < populus
populariter = vulgò
populus -i *m* = 1. cuncti cives; 2. plebs
por-rigere -exisse -ectum = extendere
porro ↔ retro
portare = 1. vehere; 2. ferre; 3. transportare
por-tendere -disse -tum = rem futuram ostendere
portentum -i *n* = prodigium quo fatum portenditur
porticus -us *f* = ordo columnarus tectus
portuosus -a -um = portûs habens
poscere = dari iubêre
posse potuisse = 1. potestatem/facultatem habêre ad aliquid faciendum; 2. potens esse, potestatem habêre
possessio -onis *f* < possidêre
pòst = postea
postea-quam = postquam
posteri -orum *m pl* = filii et nepotes et eorum filii et nepotes et cet.
posterior -ius *comp* <post = 1. ↔ prior; 2. pars posterior: pars inferior, finis; 3. sequens, posterus
posteritas -atis *f* = tempus posterum/futurum, posteri
posticum -i *n* = ostium posterius
postremùm *adv* ↔ primùm
postremus -a -um ↔ primus; ad postremum: postremò
postri-die = postero die (↔ pridie)
postulatum -i *n* = quod postulatur
potens -entis = 1. qui magnam potestatem habet; 2. maris potens: potestatem maris habens; 3. (re) potens: potitus, (rem) possidens
potentia -ae *f* <potens
potestas -atis *f* = 1. ea quae aliquis facere potest; 2. significatio; 3. potestas esse alicui: aliquis posse; 4. potestatem facere: occasionem dare
potior -ius *comp* = 1. melior, rectior; 2. potius quàm: neque; 3. optatior; nihil alicui esse potius quam ut +*coni:* nihil malle aliquis quam
potiri = 1. re potiri: rem suam facere; 2. alicuius potiri: alicuius potens esse (aliquid in suâ potestate tenêre)
potissimum *adv sup* (*comp* potius)
praebêre = 1. offerre; 2. se p.: se ostendere, agere
prae-cedere ↔ sequi
praeceps -cipitis = 1. praeceps ire: (se) praecipitare, ruere, properare; 2. periculosus; 3. praecipitem dare: praecipitare; 4. (locus) praeceps: arduus
praeceptum -i *n* = 1. quod praeceptum est, imperium; 2. quod docet quomodo sit agendum
prae-cipere = 1. faciendum esse dicere, imperare; 2. antè capere
praecipitare = 1. proicere (capite primo); 2. se praecipitare: ruere, properare; 3. se p.: se perdere; 4. praecipitari
praecipuus -a -um = prae aliis magnus, egregius
prae-clarus -a -um = prae aliis clarus, clarissimus
praeco -onis *m* = vir qui nuntios publicos proclamat
praeda -ae *f* = 1. quod capitur vel rapitur; 2. praedam facere: praedam rapere

praedari = praedam capere
praedatorius -a -um = qui praedatur
praedicare = pronuntiare, narrare
prae-dicere = dicere quod accidet
praedictum -i *n* = quod praedictum est
prae-dives -itis = divitissimus, prae alios dives
praefectus -i *m* = 1. is qui praefectus est; 2. dux
prae-ficere -fecisse -fectum = praeponere
prae-mittere = aliquem mittere ut in locum veniat prior
prae-occupare = antè occupare
prae-parare = paratum habêre priùs
prae-ponere = 1. alicui aliquem praeponere: aliquem alicuius principem facere; 2. antè ponere; 3. praeferre
prae-potens -entis = prae aliis potens, potentissimus
praesens -entis = 1. tempus praesens: nunc; 2. ↔ absens; 3. qui patet
prae-sentire = sentire aliquid nondum eventum eventurum esse
praesertim = praecipue, maxime
praeses -idis *m/f* = custos
praesidium -i *n* = 1. milites ad locum defendendum locati; 2. ad praesidium: ad defendendum; 3. praesidio esse alicui: aliquem tueri
praestans -antis = excellens
prae-stare = 1. officium praestare: officium facere; 2. alicui/aliquem praestare: melior esse quàm aliquis; 3. praebêre, dare; 4. aliquis eminêre; 5. p. ut: curare ut
prae-sumere = prae aliis sumere
praeter +*acc* = 1. sed, nisi; 2. praeterea; 3. quod est ob aliquem/aliquid et it porro (ut flumen); 4. praeter spem: contra spem
praeter-ire = 1. currere prae aliquo aliquis qui modò post eum erat; 2. tempus transire; 3. praetermittere
praeteritum -i *n* = 1. tempus prateritum (↔ futurum); 2. praeterita: tempus praeteritum
praeter-mittere = 1. non memorare, non scribere (↔ addere); 2. non agere, neglegere
praeter-quam quod = praeter id quod
praeter-vehere = praeter aliquem locum transire
prae-texta, toga *f* = toga purpurâ ornata quam consules et dictatores gerunt
praetextatus -a -um = (togâ) praetextâ indutus (ut puer liber ad annum XVII)
praetor -oris *m* = 1. praefectus urbis; 2. magistratus qui iudiciis praeest
praetorium -i *n* = locus in castris ubi dux habitat
praetorius -a -um = praetoris, praefecti
praetorius -i *m* = qui praetor fuit
praetura -ae *f* = magistratus pratoris
praeverbium -i *n* = syllaba verbo praeposita
pratum/-ulum -i *n* = area herbâ operta
pravum -i *n* = malum
pravus -a -um = 1. ↔ rectus; 2. improbus, malus; 3. non prudens, imprudens
precari (< preces) = orare
preces -um *f pl* = 1. verba orantia, quod oratur; 2. prece: precibus
premere pressisse pressum = 1. aliquem/aliquid tangere et impellere; 2. malâ re afficere; 3. armis petere; 4. opprimere
pretium -i *n* = 1. id quod aliquid constat/valet; 2. stipendium, merces; 3. promissum
primò = 1. initiò; 2. primùm
primores -um *m pl* = 1. primi, principes; 2. summae vel extremae quaeque res
primùm = 1. ↔ postremò (primùm ... deinde ... postremò); 2. quàm primùm: cùm primùm fieri potest
primus -a -um = 1. I (1); 2. prima aestas: prima aestatis pars; 3. in primis: prae ceteris, praecipue; 4. a primo: ab initio
princeps -ipis *m* = 1. vir ante alios primus (qui aliis imperat); 2. primus; 3. vir qui Romae imperat, imperator
principium -i *n* = 1. prima pars, initium; 2. causa
pristinus -a -um = antiquus

privatim ↔ publice
privatum -i *n* = pecunia privata (↔ publica)
privatus -a -um = 1. domesticus (↔ publicus); 2. (vir) qui munus publicus non fungitur (non rex, non magistratus, et c.); 3. sine officio publico
pro +*abl* = 1. pro aliquo: in loco alicuius; 2. quasi; 3. pro aliquo: tamquam aliquis; 4. pro aliquo: aliquid reddendo; 5. ↔ contra; 6. pro castris: ante castra (prospiciens a castris); 7. pro tribunali: in tribunali (prospiciens e t.); 8. pro tempore: ut tempus postulabat; 9. pro se quisque: omnes ex se ipsis
pro! = o! heu!
probare = 1. probum esse putare; 2. planum facere
probatus -a -um = (alicui) p.: qui probatur (ab aliquo), acceptus
pro-cedere = 1. ↔ recedere; 2. progredi; 3. melius fieri, propius esse aliquid ut perfectum sit
procella -ae *f* = ventus rapidus
procerus -a -um = altus et longus
pro-cidere -disse = antè cadere
pro-clamare = publice clamare
pro-consul -is *m* = qui anno post consulatum provinciam administrat vel exercitui imperat
procos. = proconsul
pro-creare = gignere
procul = 1. ↔ propè; 2. procul (ab) aliquo: ↔ prope aliquem; 3. procul dubio: certe
pro-cumbere -cubuisse ↔ recumbere
pro-curare = curare, administrare
procurator -oris *m* = qui procurat
pro-dere -didisse -ditum = 1. tradere (in manûs hostium); 2. tradere (narrando); 3. memoriae p.: memoriae tradere
prodigium -i *n* = res mirabilis contra naturam facta
prod-ire = procedere
proditio -onis *f* <prodere
proditor -oris *m* = qui prodit
pro-ducere = 1. longiorem facere; 2. (exercitum) ad pugnam educere; 3. differre; 4. agere, inferre, promovêre
pro-ferre = 1. promere, sumere e loco; 2. primum facere, invenire, notum facere; 3. maiorem facere, extendere
pro-ficere = procedere (ad eventum), successum habêre
pro-fiteri -fessum = 1. publice dicere, promittere; 2. indicium p.: indicare
pro-fligare = devincere
pro-fugere = aufugere
profugus -a -um = ex patria fugens
pro-fundere = effundere
progenies -ei *f* = 1. stirps; 2. gentis origo
pro-gnatus -a -um = natus
progressio -onis *f* < progredi
pro-hibêre = 1. retinêre; 2. vetare, ↔ sinere
pro-inde = ergo
pro-labi -lapsum = protinus labi
proles -is *f* = stirps
proletarii -orum *m* = cives pauperes qui non censebantur
pro-minêre = eminêre
pro-movêre ↔ removêre
promptu, in = facilè
promptus -a -um = paratus, acer
pro-mulgare (legem) = populo notum facere, ferre
promunturium -i *n* = mons in mare eminens
pro-nuntiare = publice nuntiare
pronus -a -um = inclinatus, qui facilè procidit
propatulum -i *n* = locus patens ante domum
properare = celeriter ire/agere
propere = celeriter
propinquus -a -um = 1. qui propè est; 2. ex propinquo: ex loco propinquo
propinquus -i *m* = cognatus
propior -ius *comp* <propè
pro-ponere = designare, statuere
propositum -i *n* = consilium
pro-praetor -oris *m* = magistratus qui anno postquam praetor fuit provinciam administrat vel exercitui imperat

proprius -a -um = 1. ↔ communis; 2. nomen proprium: nomen unius, ut Roma, Tiberis, et c.; 3. ↔ alienus

propter +*acc* = 1. propter aliquid: alicuius causâ; 2. prope

proptèr = propè

propterea = 1. ideò; 2. p. quòd: quòd

prora -ae *f* = pars navis prior (↔ puppis)

pro-scribere = exsulem facere nomen in tabulâ publicâ scribendo

pro-sequi = 1. sequi (proficiscentem); 2. (laudibus) p.: laudare

prosperus -a -um = secundus, felix

pro-sternere = 1. humi proicere; 2. delêre

pro-tegere = tueri

pro-trahere = 1. proferre; 2. (bellum) p.: trahere, producere

pro-vehere = ultrà vehere, per locum vehere

proventus -us *m* = magnae fruges

pro-vidêre = 1. praeparare; 2. curare

provincia -ae *f* = 1. regio imperii Romani; 2. regio administranda

pro-vocare = 1. (ad populum) p.: postulare ut populus iudicet; 2. ad pugnam evocare

provocatio -onis *f* <provocare

pro-volare = ruere, procurrere

proxime = modò, dudum

proximus -a -um *sp* <propè = 1. proximus alicui loco: qui aliquem locum contingit; 2. proximi consules: consules insequentis anni

proximus -i *m* = vicinus

prudens -entis = 1. ↔ stultus; 2. alicuius prudens: qui aliquid scit/intellegit

prudentia -ae *f* <prudens

pruina -ae *f* = ros (= aqua qua noctu et primo mane herbae asperguntur) qui nocte hiemis frigidâ durus fit quasi nix

pseudo- = falsus

pubes -eris = qui iam non puer est, maturus

pubes -eris *m* = homo pubes

publicanus -i *m* = qui vectigalia exercet

publicare = publicum facere

publicum -i *n* = pecunia publica, aerarium

publicus -a -um <populus = 1. ↔ privatus; 2. res publica: res omnium civium communis; 3. omnes regionis cives

pudens -entis = modestus, pudicus

pudibundus -a -um = pudore affectus

pudicitia -ae *f* <pudicus

pudicus -a -um = castus; uxor pudica: quae maritum solum amat

pudor -oris *m* <pudêre = 1. animus turbatus peccati aut dedecoris causâ; 2. animus turbatus eius qui peccare aut dedecus admittere nonvult

puer -i *m* = 1. homo in tenerâ aetate; 2. servus

puerilis -e <puer

pueritia -ae *f* = aetas pueri

puerulus -i *m* = parvus puer

pugnator -oris *m* = qui pugnat

pullus -a -um = colore medio inter album et atrum

pullus -i *m* = 1. animal modo partum; 2. filius parvus galli

pulsus -us *m* = impulsus, vis movendi

pulvinar -aris *n* = torus in quo ponuntur signa deorum supplicationibus

pulvis -eris *m* = 1. terra sicca quae vento spargitur; 2. pulvis ubi describebantur formae

punctum -i *n* = nota qua minor fieri non potest [·]

purgare = 1. purum facere; 2. excusare

purpura -ae *f* = color ruber pretiosus

purus -a -um = 1. mundus, ↔ sordidus; 2. insons

putare = 1. existimare; 2. credere; 3. arbitrari, censêre; 4. putares: videris

Q

quà = 1. quà viâ, ubi; 2. ne quà: ne quâ (aliqua) viâ

quà-cumque = ubicumque

quadratus -a -um = formâ IV latera

quadriennium -i *n* = quattuor anni

quadrigae -arum *f pl* = 1. IV equi curru iuncti; 2. quadrigas mittere: cursum aperire

quadringentesimus -a -um = CCCC
quaeso = oro (te/vos)
quaestio -onis *f* = 1. quod quaeritur; 2. quaestionem agere: quaerere in iudicio
quaestor -oris *m* = 1. magistratus qui in bello ducem adiuvat; 2. magistratus qui aerario praeest
quaestorius -a -um < quaestor; aetate quaestoriâ: circiter XXX annos natus
quaestura -ae *f* = magistratus quaestoris
quaestus -us *m* = 1. lucrum (quaesitum/ factum); 2. (pecuniam) in quaestu relinquere: mutuam dare quaestûs causâ
qualis -e = 1. cuius generis; 2. quanta qualitas; 3. talis qualis: eiusdem generis atque/ac
qualis-cumque = qualis libet
quàm = 1. tam ... quàm: idem atque/ac; 2. qualis; 3. quàm celerrime (*sup*): tam celerrime quàm maxime fieri potest; 4. quàm primùm: cùm primùm fieri potest; 5. quàm plurimus: quantùm maxime potest; 6. quàm maximas potest: (tantos) quantos maxime potest
quam-diu = 1. tamdiu ... quamdiu: tam diu ... quàm; 2. tamdiu quàm
quam-vis = 1. quamvis iustus: etiam si iustissimus est; 2. +*coni*: quamquam
quando = 1. quo tempore?; 2. quoniam; 3. cùm; 4. ne quando: ne aliquando, ne umquam
quantum = quàm multùm
quantum -i *n* = 1. quàm multùm; 2. tantùm quantùm: tam multùm quàm; 3. quanti: quanti pretii (quàm parvi p.); 4. quantò ... tantò: tam +*comp* quàm +*comp*
quantus-cumque quanta- quantum- = quàm magnus, tantus quantus
qua-re = 1. cur?; 2. quam ob rem
quartò *adv* = quater factum
quasi = 1. tamquam; 2. velut si
quassare = valde quatere, paene effringere
-que = 1. et; 2. -que ... -que: et ... et
quercus -us *f* = arbor cuius pars superior rotunda atque maior quàm inferior est
querella -ae *f* <queri
querimonia -ae *f* = querella
quic-quam = quidquam
quic-quid = quidquid
qui-cumque quae-cumque quod-cumque = 1. quem/quam/quod libet; 2. quisquis; 3. quaecumque: omnia quae
quid-quid = 1. omnis res quae; 2. quodcumque
quies -etis *f* = tempus quietum, somnus
qui-libet quae-libet quod-libet = qui-cumque (libet)
quin = 1. cur non?; 2. quin etiam: (non hoc solum) sed etiam, atque etiam; 3. quin +*imp*: age; 4. non dubito quin +*coni* ↔ dubito num +*coni*; 5. non multùm abest quin fiat: paene fit
qui-nam = quisnam
quindecim-viri -orum *m pl* = XV viri qui negotium publicum curant
quingentesimus -a -um = D
quinquagesimus -a -um = L
quinquennium -i *n* = quinque anni
quinque-remis -e = navis longa quae quinos remos habet
quintò *adv* = quinquies factum
quippe qui = qui scilicet, quoniam, quoniam ii
quire -eo -ivisse = posse
quis quae quid = 1. quis est?: quis vir?; quae est?: quae femina?; quid est?: quae res?; 2. quis locus?: qui locus?
quis qua quid (si/ne/num q.) = 1. si quis: si aliquis; 2. num quis: num aliquis; 3. num quid: num aliquid; 4. ne quis: ne aliquis, ne quisquam
quîs = quibus
quis-nam = quis
quis-que quae-que quod-que = 1. et unus et alter et tertius...; 2. fortissimus quisque: omnes viri fortes
qui-vis quae-vis quod-vis = 1. quilibet, quicumque; 2. quodvis: quodcumque vis
quo = 1. quo +*comp* ... eo: quantò ... tantò; 2. quo + *comp*: quamobrem; 3. quo +*coni*: ut eo (ut eo modo)
quo-ad = usque ad id tempus quo

quo-circa = itaque
quo-cumque *adv* = in quemcumque locum
quòd = 1. quia; 2. cur; 3. quòd +*coni*: utinam; 4. est quòd: causa est quare; 5. quòd si: si autem; 6. quòd nisi: nisi autem
quondam = 1. olim, aliquando
quo-quo = quocumque
quoties = 1. quoties? semel, bis, ter, quater, quinquies, sexies, septies, octies, novies, decies...; 2. toties quoties
quoties-cumque = quoties
quo-usque = quamdiu

R

rabies -ei *f* = ira saeva atque amens
radius -i *m* = luminis linea
radix -icis *f* = 1. pars arboris subterranea; 2. pars infima montis
rapere -io -uisse -ptum = 1. vi trahere/capere; 2. raptim trahere/capere; 3. adimere; 4. raptim vehere
rapina -ae *f* <rapere
raptim = celeriter
rarus -a -um = 1. qui non solet fieri/esse; 2. paucus
ratio -onis *f* = 1. causa quae rem planam facit; 2. modus agendi, consilium; 3. causa qua factum defenditur (excusatur); 4. deliberatio, consilium prudens; 5. mens prudens; 6. rationem habêre alicuius: alicui consulere; 7. rationes: negotia pecuniarum; 8. mens prudens
ratus -a -um = 1. servandus (↔ irritus); 2. computatus, ratione constitutus; 3. pro rata parte: rato modo (↔ fortuitò)
re-bellare = bellum renovare
re-cedere = 1. ↔ procedere; retro cedere; 2. redire; 3. discedere; 4. evanescere; 5. removêre
recens -entis = novus atque integer
re-cidere reccidisse = rursus cadere, redire
re-cîdere = adimere (caedendo)
re-ciperare = rursus capere
re-cipere -cepisse -ceptum = 1. accipere, admittere; 2. iterum capere; 3. se r.: redire; 4. se recipere: animum recipere, se recreare
re-conciliare = in gratiam restituere
re-cordari = reminisci
recordatio -onis *f* < recordari
re-creare = rursus vigentem facere
rector -oris *m* = qui regit
rectum -i *n* = r. aspicere: in r. prospicere
rectus -a -um = 1. verus, bene factus; 2. linea recta: —; 3. rectâ viâ: iter omnium brevissimum; 4. oratio recta: ipsa verba loquentis ("...") ↔ oratio obliqua ('...')
re-cumbere -cubuisse ↔ surgere
re-cusare = 1. dicere se nolle; 2. repudiare
red-dere = 1. rursus dare; 2. dare; 3. vocem r.: respondêre; 4. flumen r. 'Tiberim': facere ut flumen 'Tiberim' sit; 5. facere
red-igere -egisse -actum = 1. in potestatem alicuius r.: alicui tradere; 2. retro agere
redimire = circum ligare, vinculo cingere
red-ire = 1. rursus ire; 2. aliquis ire quo habitat; 3. revenire, facere id quod modo fiebat; 4. ad se r.: ad mentem r.
reditus -us *m* < redire
re-ducere = 1. ducere in locum ubi erat antè; 2. redigere, restituere, referre
red-undare = abundare
re-fellere -fellisse = falsum esse demonstrare
re-ferre -ttulisse -latum = 1. remittere (litteras), ferre aliquid ad aliquem aliâ regione habitantem; 2. nuntiare; 3. (in tabulas) referre: inscribere; 4. gratiam referre: gratiam pro gratiâ reddere; 5. ad aliquem referre: aliquem sententiam rogare; 6. de re referre (ad senatum): rem ad senatum referre; 7. refertur: narratur
rê-ferre = meâ/alicuius refert: mihi/alicui curae/optandum est
refertus -a -um = confertus, oppletus
re-ficere -fecisse -fectum <-facere = iterum facere
re-fugere = 1. fugere iterum iterumque; 2. retro fugere, recedere

regalis -e = regius

regia -ae *f* = 1. domus regis; 2. familia regis

regina -ae *f* = 1. femina regnans; 2. regis coniunx

regio -onis *m* = 1. pars terrae; 2. pars urbis, vicus

regius -a -um <rex

regnum -i *n* = 1. regis imperium; 2. regnum tenêre/agere: regnare

re-gredi -gressum = redire, ↔ progredi

regulus -i *m* = parvus rex, regis filius

re-laxare = remittere

religio -onis *f* = 1. cura rerum divinarum, metus deorum; 2. culpa

religiosus -a -um (< religio) = sacer

re-linquere = 1. aliquem r.: ab aliquo abire; 2. deserere, linquere quae non debemus

reliquiae -arum *f pl* = quod reliquum est

reliquum -i *n* = 1. quod restat; 2. reliquum (tempus): tempus futurum; 3. reliqua: futura; 4. reliquum est ut: restat ut

reliquus -a -um = 1. ceterus; 2. reliquus: reliqua pars; 3. reliquus esse: restare, superesse

re-mandare = renuntiare

remedium -i *n* = res quae aegros sanat

remex -igis *m* = qui remigat

remigare = navem remis agere

remissio -onis *f* < remittere (↔ contentio)

remissus -a -um = placidus, tranquillus

re-mittere = 1. mittere ad locum/hominem unde venit; 2. cessare (animos); 3. ↔ contendere

re-morari = retardare

remotus -a -um = qui abest, distans

re-nasci = iterum exoriri, renovari

re-novare = novum (denuo) facere

re-nuntiare = 1. referre; 2. revocare, tollere

re-parare = 1. iterum parare; 2. reficere

re-pellere -ppulisse -pulsum = depellere, prohibêre

repens -entis = repentinus

repentinus -a -um <repente = 1. subitus; 2. ↔ exspectatus

repere -psisse = manibus et genibus ire

reperire -pperisse -pertum = 1. quaesitum invenire; 2. reperiri: adesse; 3. excogitare

re-petere = 1. redire; 2. gratiam repetere: petere ut gratia referatur; 3. iterare; 4. memorare; 5. rês repetere: postulare ut rês reddantur

re-portare = colligere, obtinêre et domum secum ferre (post victoriam)

re-primere = coercêre

repudiare = recusare, dimittere

repulsa -ae *f* < repellere

re-putare = reputare rem: cogitare de re

re-quiescere = 1. quiescere; 2. dormire

re-quirere = 1. quaerere; 2. desiderare

reri ratum = arbitrari

res -ei *f* = 1. aliquid cuiuslibet generis; 2. aliquid quod agitur; 3. res publica: civitas, res omium civium communis; 4. res Romana: res publica Romana, civitas Romana; 5. res: res publica

re-scindere = 1. destruere, abrumpere; 2. irritum facere

re-sidere = sedari, cessare

re-sistere -stitisse = 1. consistere et manêre; 2. resistere alicui: repugnare aliquem

re-sonare = valde sonare

re-spergere -sisse -sum = aspergere

re-spicere = 1. ↔ prospicere; caput vertere ad aliquem aspicere; 2. curare

re-stare = 1. reliquus esse, superesse; 2. remanêre; 3. restat ut: reliquum est ut

re-stinguere = ex-stinguere

restis -is *f* = funis

re-stituere -uisse -utum = 1. reficere; 2. reddere; 3. rursus instituere; 4. renovare

re-tardare = tardum facere, impedire

re-ticêre = tacêre

re-tinêre -uisse -tentum = 1. tenêre ne procedat; 2. conservare

retro = eò unde venit

reus -i *m* = 1. qui in iudicio accusatur; 2. reus fieri: accusari

re-vehere = referre, remittere

re-verti -tisse/sum esse = 1. redire; 2. revenire

re-vincere = iterum vincere
re-visere = 1. iterum vidêre; 2. iterum visere
re-vocare = 1. iterum vocare, revenire iubêre; 2. removêre; 3. rursus capere/ sumere, reciperare; 4. restituere, redigere
rex regis *m* = 1. vir qui terram/urbem regit; 2. reges: rex et regina
rhetor -oris *m* = magister dicendi
rigêre = flecti non posse
rite = 1. bono ritu, recte; 2. iure
ritus -us *m* = modus sacra faciendi
rivus -i *m* = 1. parvus fluvius; 2. aquae ductus factus (non naturalis)
rixa -ae *f* = pugna cum tumultu
robur -oris *m* = 1. lignum durissimum; 2. vis resistendi; 3. robora virorum: viri validissimi
robustus -a -um (< robur) = firmus, validus
rogare = 1. orare; 2. interrogare
rogatio -onis *f* = lex lata; rogationem ferre: legem ferre
rogus -i *m* = 1. ignis quo mortuorum corpora incenduntur; 2. funus
rostratus -a -um = rostro munitus
rostrum -i *n* = 1. pars avium capitis eminens; 2. hasta ferrea e prora navis longae eminens
rota -ae *f* = instrumentum rotundum quod volvendo vehicula moveri possunt
rotundus -a -um = qui habet formam litterae O
ruere = 1. praecipitari, collabi; 2. se praecipitare, procurrere
ruina -ae *f* = 1. <ruere; 2. casus
rumpere rupisse ruptum = 1. aliquid in varias partes vi disicere; 2. aliquid finire facere; 3. abrumpere, subito finire; 4. destruere, ↔ facere
rupes -is *f* = saxum
ruptor -oris *m* = qui rumpit
rutilus -a -um = ruber (ut ignis)

S

sacer, -cra -crum = 1. adorandus; 2. sacratus
sacerdos -otis *m/f* = 1. vir/femina cuius negotium est diis servire; sacerdos sacrificia facit et res divinas curat
sacrare = sacrum facere et deo tradere
sacrarium -i *n* = locus sacer
sacrificare = sacrificium facere
sacrificium -i *n* = bos/ovis/porcus occisus ut deo offeratur
sacrum -i *n* = 1. sacrificium; 2. sacra: res sacrae
saeculum -i *n* = 1. centum anni; 2. (hominis) s.: aetas (IV menses et XXX anni)
saepire -psisse -ptum = cingere
saevitia -ae *f* <saevus
sagittarius -i *m* = miles qui arcum et sagittas gerit
salinae -arum *f pl* = locus ubi sal paratur
saltare = arte salire/membra movêre
saltem = tantum (si alterum non datur)
saltus -us *m* = mons silvis opertus
saluber -bris -bre = salutaris
salus -utis *f* = 1. (ei) salutem dicere: (eum) salutare; 2. <salvus; 3. saluti esse: salutem ferre
salutaris -e = qui salutem affert
salvêre iubêre = salutare
salvus -a -um = servatus
sanctus -a -um = iure divino tutus, sacer
sanguineus -a -um = sanguine plenus
sanguinulentus -a -um = sanguineus, cruentus
sanguis -inis *m* = 1. id quod per venas et cor fluit; 2. genus, gens, origo; 3. sanguine iunctus: cognatus
sapiens -entis = prudens et doctus
sapiens -entis *m* = vir sapientissimus
sapientia -ae *f* < sapiens
sarcina -ae *f* = quod miles fert
sarmentum -i *n* = ramus tenuis, virga
satelles -itis *m* = comes perpetuus et defensor
satin' = satisne
satius = melius, potius
saucius -a -um = vulneratus
scaena -ae *f* = locus in theatro ubi fabula agitur

scalae -arum *f pl* = machina e pluribus gradibus constans qua utimur ad ascendendum in loca superiora

scandere -disse -ansum = ascendere

sceleratus -a -um <scelus

sceptrum -i *n* = baculum quo regis imperium significatur

sciens -entis = qui scit

scientia ae *f* < sciens

scire = 1. sapiens esse, noscere, ↔ ignorare; 2. doctus esse; 3. Latine scire: linguam Latinam scire

sciscitari = interrogare, quaerere

scopulus -i *m* = saxum eminens

scortum -i *n* = femina impudica quae amorem suum vendit

scribere -psisse -ptum = 1. litteris verba significare in loco (praecipue in tabulis); 2. scribendo narrare; 3. (milites) scribere: conscribere

scriptor -oris *m* = qui scribit

scriptum -i *n* = quod scriptum est, liber

scriptura -ae *f* = merces pro pastione in agro publico

scrutari = explorare

se sibi = 1. ipse; 2. secum: cum se; 3. ille; 4. inter se, alius alio

se-cernere = seiungere

secretò *adv* = in secreto, clam, sine testibus

secretum -i *n* = locus secretus

secretus -a -um = a ceteris remotus

secundò = iterum

secundum +*acc* = 1. sequens; 2. ex; 3. post

secundus -a -um = 1. II; 2. qui iuvat; 3. alter

securis -is *f* (*acc* -im, *abl* -i) = instrumentum quo lignum secatur et insigne imperii

secus *adv* = 1. aliter; 2. non ita

sedare = tranquillum facere (↔ turbare)

sedes -is *f* = 1. locus ubi aliquis sedet; 2. locus ubi aliquis habitat; 3. sedem capere: considere

seditio -onis *f* = 1. discordia civium; 2. populi tumultus in regem

seditiosus -a -um < seditio

segnis -e = piger

se-iunctus -a -um = disiunctus

se-iungere = disiungere, dividere

semen -inis *n* = 1. id ex quo frumentum crescit; 2. semina: filii, stirps

se-met = se

semi-animis -e = nec vivus nec mortuus

semi-ermis -e = nec armatus nec inermis

semi-somnus -a -um = nec dormiens nec vigilans

sempiternus -a -um = aeternus

senator -oris *m* = unus ex DC viris senatûs

senatus -us *m* = 1. DC senatores qui summam potestatem in re publica Romanâ tenebant; 2. concilium senatûs; 3. senatum alicui dare: aliquem in senatum admissum audire

senecta -ae *f* = senectus

senectus -utis *f* = aetas senis

senescere -nuisse = senex fieri

seni -ae -a = VI et VI...

senior -oris *m* <senex (*comp*)

sensim = paulatim, caute

sensus -us *m* (< sentire) = 1. affectus, animi motus; 2. facultas sentiendi

sententia -ae *f* = 1. oratio, vocabula coniuncta; 2. sententia: id quod sentitur; 3. suffragium senatoris; 4. in eandem sententiam ire: consentire

sentire sensisse sensum = 1. oculis/auribus/naso/linguâ/corpore (i.e. manibus) accipere; 2. arbitrari

sepelire -ivisse -ultum = 1. (hominem mortuum) terrâ operire; 2. delêre, diruere, exscindere

septeni -ae -a = VII...

septentrio -onis *m* = septentriones

septentrionalis -e < septentriones

septentriones -um *m pl* ↔ meridies

septuagesimus -a -um = LXX

sepulcrum -i *n* = locus ubi homo sepultus est

serenus -a -um = 1. (caelum) serenum: sine nubibus; 2. placidus

sermo -onis *m* = 1. id quod dicitur, verba; 2. lingua

serò *adv* (*comp* seriùs) ↔ mature

serpens -entis *f* = anguis

serus -a -um = tardus

serva -ae *f* = ancilla
servare = 1. integrum tueri; 2. salvum custodire; 3. ↔ rumpere
servator -oris *m* = qui servat
servilis -e < servus
servitium -i *n* = servitus (↔ imperium)
servitus -us *f* < servus (↔ libertas)
sescentesimus -a -um = DC
sestertius -i *m* = 1. nummus; 2. IV asses, quarta pars denarii; 3. sestertius nummus: II et semis (1/2)
setius = 1. minus; 2. nihilo minus/setius: tamen
sexagesimus -a -um = LX
si = 1. quoniam; 2. si +*coni*: significat id quod fieri posset/potuisset; 3. num
siccare = siccum facere
siccum -i *n* = terra sicca
siccus -a -um ↔ umidus
sidere sedisse = 1. considere; 2. operire
sidus -eris *n* = stella
signare = 1. (epistulam) signare: cerâ claudere; 2. signo imprimere; 3. signatum: ex quo nummi facti sunt
significatio -onis *f* = 1. id quod significatur; 2. notum facere, nuntiare
signum -i *n* = 1. aliquid pictum (tabula)/ fictum (statua); 2. id quo imprimitur cera ad epistulas signandas, imago cerae; 3. res qua aliquid significatur, ut aquila exercitûs Romani; 4. id quo aliquid significatur; 5. signa movêre: e castris progredi; 6. sidus
silvestris -e < silva
similis -e *comp* -illior, *sup* -illimus = 1. qui idem esse videtur, eiusdem generis; 2. similis alicui/alicuius: alicuius formam gerens; 3. veri similis: qui verus esse videtur
simplex -icis = qui ex uno constat
simul = 1. uno tempore; 2. simul atque: eodem tempore quo, cùm primùm; 3. simul: simul atque
simulacrum -i *n* = imago, signum
simulare = animum ostendere falsum
simultas -atis *f* ↔ amicitia
sinere sivisse situm = non prohibêre
singularis -e = 1. (numerus) s.: qui unam rem significat; 2. certamen singulare: c. inter singulos; 3. cui par non est
sinus -us *m* = 1. pars togae ubi res feruntur; 2. pars maris in oram intrans; 3. pectus; 4. res voluta; 5. pars cava/ locus cavus
si-quidem = quoniam
sistere stitisse = stantem facere
sitire = sitim pati
situs -a -um = 1. locatus; 2. positus, expositus; 3. in re aliquid situm est: ob rem aliquid est, res aliquid dare potest
situs -us *m* = locus ubi aliquid situs est
socer -eri *m* = pater coniugis
socialis -e < socius
sociare = consociare
societas -atis *f* <socius = 1. in societatem recipere: ut socium recipere; 2. hominum coniunctio qui rem communem persequuntur
socius -i *m* = 1. socii: homines qui communi fortunâ/negotio coniunguntur; 2. qui alterum adiuvat; 3. socii navales: nautae classis Romanae
socordia -ae *f* = ignavia
solari = 1. consolari; 2. mitigare
solêre -itum esse = 1. saepe facere; 2. ut solet: ut fieri solet
solitudo -inis *f* = locus solus/desertus
solitus -a -um = 1. qui solet esse/fieri; 2. maior solito: maior quàm fieri solet
solium -i *n* = sedes regia magnifica
sollicitare = incitare, persuadêre
solvere -visse -lutum = 1. ↔ vincire; 2. solvere pecuniam: dare pecuniam quae debetur; 3. (navem) solvere: vela dare in altum; 4. (promissum) solvere: perficere, peragere; 5. oratio soluta ↔ versus; 6. (animum) solvere: tollere, ex animo se liberare; 7. rumpere
somnium -i *n* = quod in somno videtur
somnus -i *m* = 1. id quod dormientes habent; 2. ducere somnos: dormire
sonare, -uisse = sonum dare
sonitus -us *m* = sonus

sopire = dormientem facere
sopitus -a -um = dormiens
sordidus -a -um = 1. ↔ mundus; 2. turpis, spernendus; 3. indignus
sors -rtis *f* = 1. oraculum inscriptum in tabellis, ex quibus una sumitur ex urnâ (vas sortium); 2. sortes: oraculum; 3. fortuna; 4. extra sortem: non sortito
sortiri = sortibus uti
sospes -itis = salvus
spatium -i *n* = 1. et longitudo et latitudo (<latus) et altitudo (<altus); 2. locus vacuus/apertus; 3. spatium (temporis): tempus; 4. spatium (temporis): anni
species -ei *f* = 1. forma, genus; 2. quod aspicitur; 3. forma, pulchritudo; 4. s. alicuius: quod videtur aliquis esse
spectaculum -i *n* = 1. id quod spectatur; 2. spectaculo (*dat*) esse alicui: spectari ab aliquo; 3. spectacula: spectatorum sedes
spectare = 1. attente aspicere, intueri, conspicere; 2. continuo aspicere, tueri; 3. situs esse ad partes (septentriones vel meridies vel cet.); 4. ad rem tendere; 5. alio spectare: aliud significare
speculari = explorare
speculator -oris *m* = qui speculatur, explorator
specus -us *m* = spelunca
spelunca -ae *f* = antrum
spernere sprevisse spretum = despicere, contemnere
sphaera -ae *f* = globus, corpus rotundum
spirare = 1. animam ducere; 2. flare
splendêre = clare lucêre
splendidus -a -um = splendens
splendor -oris *m* (< splendêre) = gloria
spolia -orum *n pl* = 1. arma hosti victo erepta; 2. praeda
spoliare = 1. s. aliquem: vestem/arma eripere alicui; 2. re s.: re exuere, rem adimere
spondêre spopondisse sponsum = 1. promittere (in matrimonium); 2. promittere pro se ipso
sponsus -i *m* = maritus futurus
sponte = 1. meâ sponte: meâ voluntate, per me; 2. suâ sponte: per se
st! = tace!
stabilis -e = qui firme stat, constans
stabulum -i *n* = casa pecoris
stadium -i *n* = circus in quo iuvenes currendo se exercent
stagnum -i *n* = lacus aquae stantis (:non fluentis)
stare stetisse = 1. non se movêre, ↔ sedêre, ↔ ambulare; 2. pugnare, sub armis esse; 3. constare (pretio); 4. manêre, durare
statio -onis *m* = 1. milites qui locum custodiunt; 2. < stare
stativa -orum *n* = castra quae diu uno loco stant
stator -oris = qui sistit
statua -ae *f* = signum hominis
statuere -uisse -utum = 1. finire, fines rei designare; 2. constituere; 3. decernere, consilium capere
status -us *m* = 1. s. rerum: modus quo res stant (:se habent); 2. modus quo aliquis se habet
stellifer -era -erum = qui stellas fert
sterilis -e ↔ fertilis; (mulier) s.: quae parere non potest
sternere stravisse stratum = 1. (vestis) operire; 2. lectum sternere: vestem super lectum sternere; 3. humi proicere; 4. viam sternere: viam munire/facere
stillare = manare paulatim
stilus -i *m* = 1. instrumentum quo in tabula premendo scribitur; 2. stilo: scribendo
stimulare = incitare
stipendium -i *n* = 1. merces militis; 2. stipendium/stipendia merêre/facere: militare; 3. pecunia rei publicae solvenda; 4. militia annua; 5. stipendia: militia
stipes -itis *m* = arbor sine ramis, baculum crassum
stirps -pis *f* = 1. liberi, filius/filia; 2. gens ex qua aliquis ortus est
strages -is *f* = caedes

stramentum -i *n* = id quo casae pauperum teguntur
strenuus -a -um = impiger
strepere -uisse -itum = strepitum facere
strepitus -us *m* = sonus magnus
stringere -inxisse -ictum = educere (gladium)
strophe -ae *f* = numerus versuum quo carmina dividuntur
struere struxisse structum = 1. parare; 2. excogitare
studêre = 1. studêre alicui rei: studiosus esse alicuius rei; 2. studêre +*inf.* cupere
stultitia -ae *f* <stultus
stupe-facere = stupentem facere
stuprare = violare, vi comprimere
stuprum -i *n* = scelus feminae stuprandae
sub +*abl* = 1. ↔ supra; 2. sub aliquo: prope aliquem; 3. sub aliquo: sub imperio alicuius; 4. sub aliquo: inter tempus cùm aliquis imperavit
sub +*acc* = 1. (motus) in locum inferiorem; 2. sub idem tempus: eodem fere tempore; 3. respondens ad
sub-agrestis -e = satis agrestis (rusticus)
sub-dere = addere pòst; s. calcaria equo: equum calcaribus incitare
sub-ducere = 1. navem s. ↔ deducere; 2. exercitum subducere: exercitum a loco aliquo in alium locum ducere
sub-icere -iecisse -iectum = 1. sub imperio ponere; 2. adicere; 3. subiectus: subtèr positus
sub-igere -egisse -actum = 1. sub imperium cogere; 2. cogere
sub-inde = continuò
sub-ire = 1. subire eum: sub eum ire; 2. umeris subire: umeris sustinêre
sub-legere = legere (loco alicuius, supplendi causâ)
sublimis -e = 1. altus, superiore loco situs; 2. sublimis abire: ad caelum abire
sub-mittere = demittere
sub-movêre = removêre
sub-nixus -a -um = 1. fultus, fretus; 2. loco subnixus: in/sub loco situs
sub-scribere = sub loco scribere
subsellium -i *n* = sella humilis
subsidium -i *n* = 1. milites qui auxilio veniunt, auxilium; 2. quod subsidio/auxilio est; 3. frumentaria subsidia: loca unde frumentum invehitur
sub-terraneus -a -um = sub terra situs
subtèr *adv* = infrà
sub-venire = auxilio venire, opem ferre
suc-cedere = 1. (tecto) succedere: (tectum) subire; 2. in locum alicuius sequi; 3. alicui succedere: in locum alicuius succedere; 4. sequi
successor -oris *m* = qui succedit
successus -us *m* = bonus eventus, fortuna
suc-cingere = cingere
suc-clamare = clamare responsum
suc-cumbere -cubuisse ↔ resistere; rei (*dat*) succumbere: re vinci
suc-currere = auxilium ferre
sudor -oris *m* = quod corpus facit umidum ob calorem vel laborem
suf-ficere -fecisse -fectum = loco alicuius facere/creare
suf-figere = pòst figere
suffixum -i *n part* < suffigere
suffragari (alicui) = suffragio favêre
suffragium -i *n* = populi sententia comitiis declarata
sumere -mpsisse -mptum = 1. (e loco) ↔ (in loco) ponere; 2. cibum sumere: êsse; 3. bellum sumere: bellum incipere, inire
summa -ae *f* = 1. ↔ pars; summa rerum: universae res; 2. summa alicuius pars; 3. numerus computando factus
summum -i *n* = locus summus
summus -a -um *sup* < superus, *comp* superior ↔ inferus = 1. *sup* < superus; 2. maximus; 3. summa alicuius pars; 4. ultimus
sumptus -us *m* = impensa (↔ quaestus); sumptum facere: pecuniam solvere
su-ove-taurilia -ium *n pl* <sus+ovis+taurus = sacrificium quo immolatur sus et ovis et taurus
super +*abl* = de
super +*acc* ↔ sub +*abl/acc*

supèr = in loco superiore/summo

superare = 1. vincere; 2. transgredi; 3. superesse; 4. superior esse

superbia -ae *f*<superbus

superbus -a -um = qui alios contemnit

super-eminêre = eminêre, superior esse

super-esse = 1. ↔ de-esse; 2. reliquus esse; 3. alicui superesse: post aliquem/ aliquid superesse (=vivere)

super-fundere (se) = effundi super ripas

superior -ius *comp* ↔ inferior = 1. *comp* <superus; 2. numero superiores: plures; 3. locus superior: rostra; 4. prior

superus -a -um = 1. ↔ inferus; 2. di superi: di caelestes

super-venire +*dat* = subitò adoriri

suppeditare = offerre (rem utilem)

supplementum -i *n* = milites ad numerum supplendum

sup-plêre -evisse -etum = augêre addendo quae desunt

supplex -icis = orans

supplicatio -onis *f* = dies festus quo populus ad omnia templa dis gratias agit

supplicium -i *n* = 1. poena severissima, poena capitis; 2. cruciatus maximus

supra +*acc* = 1. in parte superiore/summâ; 2. trans, ultra; 3. plures quàm

suprà = 1. antea (in scriptis); 2. quae superiora (priora) sunt

supremus -a -um = summus, ultimus

surgere sur-rexisse = 1. ↔ sedêre, ↔ recumbere; 2. eminêre

sus suis *m/f* = porcus

sus-cipere = 1. capere et sustinêre; 2. accipere et suum facere; 3. recipere; 4. pati, subire

suspectus -a -um = 1. cui nemo confidit; 2. qui male fecisse putatur

sus-pendere -disse -ensum = pendentem facere

suspicari = 1. credere incipere; 2. animo sentire

suspicio -onis *f* ↔ fides; in suspectionem adducere: suspectum facere

sustentare = 1. sustinêre; 2. alere

sus-tinêre = 1. retinêre aliquem/aliquid ne labatur; 2. tenêre erectum; 3. repugnare, resistere; 4. tenêre, continêre; 5. pati; 6. conservare

T

tabella -ae *f* = 1. parva tabula; 2. alveus

tabernaculum -i *n* = tectum in castris

tabescere -uisse (↔ convalescere) = absumi (morbo)

tabula -ae *f* = 1. lignum ceratum (cerâ opertum) ubi stilo scribitur; 2. tabula (picta): imago in tabulâ picta; 3. tabula: tabula picta; 4. tabulae publicae: aerarium

tabularium -i *n* = amplum aedificium in quo tabulae et litterae publicae servantur

tacêre = 1. non loqui, non facere verbum; 2. rem tacere: de re tacêre, non loqui de re

taedêre = taedet me rei (*gen*): res mihi molesta est

taeter -tra -trum = foedissimus, horribilis

talentum -i *n* = 1. XXIV milia sestertium (pecunia Graeca); 2. Graecorum pondus statutum maximum [26 kg]

tam-etsi = etsi

tam-quam = 1. sicut; 2. tamquam si

tandem = 1. postremò (post longum tempus); 2. tandem +*imp*: age!; 3. qui tandem ...?: dic, rogo

tangere tetigisse tactum = 1. manum/ digitum ponere in re aliqua; 2. afficere

tantùm = 1. non magis quàm; 2. adeò

tantum -i *n* = 1. tam multum; 2. tanti (esse): tanti pretii

tantum-modo = tantùm

tardare = retardare

tectum -i *n* = 1. summum opus quo tegitur; 2. domus

tegere texisse tectum = 1. operire; 2. occultare; 3. celare; 4. protegere

tellus -uris *f* = terra

telum -i *n* = 1. pilum vel sagitta; 2. securis

temere = temerario modo, ↔ caute

temeritas -atis *f* = nimia audacia
temperantia -ae *f* (< temperans) = modestia
temperare = 1. placidum facere (↔ turbare); 2. ab aliquo t.: abstinêre; 3. (certâ ratione) miscêre ac mutare
temperatio -onis *f* = vis temperans
temperatus -a -um = moderatus, placidus
tempestas -atis *f* = 1. magnus ventus qui mare turbat ac altos fluctûs facit; 2. eâ tempestate: eo tempore
tempestivus -a -um = idoneus, opportunus
templum -i *n* = 1. domus dei; 2. locus (caeli) ab augure finitus et sacratus; 3. spatium sacrum
temptare = 1. conari; 2. experiri; 3. bello temptare: bello experiri
tempus -oris *n* = 1. longitudo quam aliquid durat; 2. tempus in quo aliquid accidit; 3. tempora anni: aestas, hiems, ver, autumnus; 4. tempus esse +*inf.* tempus esse aptum ad aliquid faciendum; 5. tempora verbi: praesens, praeteritum, futurum; 6. tempora: occasio; 7. pro tempore: ut tempus postulat
tendere tetendisse tentum/tensum = 1. extendere; 2. (in locum) ire; 3. tendere ut: operam dare/postulare ut; 4. insidias tendere: insidias parare
tener -a -um = 1. mollis et tenuis, invalidus; 2. (oculi) teneri: pleni lacrimis
tenêre -uisse -ntum = 1. rem prehensam habêre ne cadat; 2. animum ostendere sibi ipsi prohibêre; 3. habêre; 4. tenêre (cursum): navigare, pergere navigare; 5. (locum) tenêre: ad locum pervenire, attingere; 6. vincere; 7. tenêri: continêri
tenuis -e = 1. gracilis, ↔ crassus; 2. (aer) rarus, qui facilè evanescit
ter = 1. 3x; 2. ter quaterque: iterum iterumque
terere trivisse tritum = (tempus) terere: (t.) consumere
terminus -i *m* = lapis quo finis designatur
terrestris -e <terra
terror -oris *m* <terror = 1. metus, pavor; 2. homo/res qui/quae terret
tertiò = tertium
tertiùm = tertia res quae eadem fit
testamentum -i *n* = litterae de bonis hominis mortui dividendis
testari = testem facere
testis -is *m/f* = 1. qui adest et videt; 2. spectator
thalamus -i *m* = cubiculum coniugum
thema -atis *n* = vocabuli pars cui in declinando adiciuntur variae litterae
thermae -arum *f* = magnae balneae
thesaurus -i *m* = auri et argenti copia occulta
tigris -is *f* = animal ferum lineis nigris et maius quàm leo
tingere tinxisse tinctum = umidum facere
tiro -onis *m* = novus miles
titulus -i *m* = quod suprà scribitur
tolerabilis -e = tolerandus
tolerare = ferre, pati
tollere sustulisse sublatum = 1. sursum movêre; in caelum t.: gloriâ afficere; 2. sumere et secum ferre, auferre; 3. clamorem t.: clamare; 4. animum t.: audacior fieri; 5. adimere; 6. bellum tollere: bellum finire; 7. rumpere; 8. occîdere
tonare -uisse: tonat = tonitrus fit
torquatus -a -um = torque ornatus
torquis -is *m* = ornamentum quod circa collum induitur
torrêre -uisse tostum = igne siccare
torridus -a -um = qui torretur
torus -i *m* = lectus
tot-idem = idem numerus
trabs -bis *f* = 1. lignum longum quo tectum domûs tenetur; 2. navis
tractare = 1. afficere; 2. gerere
tra-dere = 1. dare (de manu in manum); 2. narrare; 3. traditur: fertur, narratur
tra-ducere = 1. transferre; 2. aliquid t.: trans aliquid ducere; 3. (tempus) t.: terere, consumere
tragicus -a -um = qui tragoedias scribit
tragoedia -ae *f* ↔ comoedia
tragula -ae *f* = iaculum

trahere traxisse tractum = 1. ducere (currum); 2. post se ferre; 3. originem trahere: ortus esse; 4. (tempus) trahere: producere; 5. trahi: necessitate adduci

trâ-icere = 1. traducere; 2. transire; 3. transfigere

tra-natare/trans-natare = transire natando

trans +*acc* = 1. motus ab parte loci citeriore ad partem loci ulteriorem; 2. ultra (↔ cis)

tràns = ultrà (↔ cìs)

trans-cendere = scandendo transire

trans-ferre -tulisse trans/tra-latum = 1. ferre in alium locum; 2. in triumpho ferre; 3. se transferre: se conferre

trans-figere = per medium corpus percutere

trans-fuga -ae *m* = perfuga

trans-fugere = ad hostem fugere

trans-gredi -gressum = transire

trans-igere -egisse -actum = peragere

trans-mittere = traicere

tran-silire -uisse < trans +salire

trans-ire = 1. ex loco in locum ire, trans locum ire; 2. ex factione aliquâ in aliam venire

transitio -onis *f* < transire

transitus -us *m* < transire

trans-marinus -a -um = qui trans mare est

trans-portare = traicere

trans-vehere = ultra mare vehere, transferre

trans-versus -a -um = linea transversa [–|–]

trecentesimus -a -um = CCC

trepidare = trepidus esse

trepidatio -onis *f* <trepidare

trepidus -a -um = pavidus, timidus

tribuere -uisse -utum = 1. praebêre, dare; 2. fortunae t.: fortunâ factum esse censêre; 3. aliis t.: ab aliis factum esse dicere

tribunal -alis *n* = locus superior cum sede magistratus

tribunatus -us *m* = dignitas tribuni

tribunus -i *m* = 1. praefectus; 2. t. Celerum equitibus praeerat; 3. tribuni plebis deni quotannis creantur qui annuam habent potestatem et legi/iudicio intercedere possunt; 4. tribuni militum seni singulis legionibus praefecti sunt

tribus -us *f* (*pl dat/abl* -ubus) = 1. nomen regionum urbis; 2. centuria

tributum -i *n* = pecunia quae rei publicae tribuitur, vectigal

tridens -entis *m* = Neptuni sceptrum

triduum -i *n* = tres dies

triennium -i *n* = tres anni

triens -entis *m* = tertia pars assis

tri-geminus -a -um = 1. (fratres) trigemini: tres eodem die nati; 2. trigeminorum

tri-remis -e = navis quae ternos remos habet

triticum -i *n* = frumenti genus ex quo panis albus fit

triumphalis -e <triumphus

triumphare = triumphum agere

triumphus -i *m* = cursus imperatoris (=dux victor) per urbem

trium-viralis -e < triumvir

trium-viri -orum *m pl* = III viri quibus negotium publicum mandatur

trucidare = crudeliter occidere

trux -ucis = ferox

tuba -ae *f* = instrumentum longum metallicum quo flato sonum reddit

tubicen -inis *m* = qui tuba canit

tueri = 1. tutum facere, custodire; 2. intueri, spectare

tugurium -i *n* = casa

tum = 1. deinde; 2. tunc; 3. cùm ... tum: et ... et, non modò ... sed etiam

tumêre = tumidus esse

tumidus -a -um = turgidus, turbidus

tumulosus -a -um = plenus tumulorum

tumultuarius -a -um < tumultus

tumulus -i *m* = collis parvus

turba -ae *f* = 1. multitudo hominum; 2. confusio, tumultus

turbare = 1. turbidum (↔ tranquillum) facere; 2. perturbare; 3. sordidum facere miscendo; 4. ordinem solvere, destruere

turma -ae *f* = equitum numerus XXX

turmatim = in turmis

turpis -e = 1. foedus; 2. indignus
turris -is *f* = aedificium altum ad urbem defendendam exstructum
tutari = tueri
tutò *adv* = sine periculo
tutor -oris *m* <tueri = qui pro patre mortuo liberos educandos curat
tutus -a -um = 1. sine periculo; 2. defensus; 3. certus, verus
tyrannis -idis *f* = imperium tyranni

U

uber -eris = fertilis
uber -eris *n* = pectus feminae quo liberi/pulli aluntur
ubertas -atis *f* < uber
ubi +*perf* = ubi primùm, postquam
ubi +*plusq coni* = ubi +*perf*, cùm +*plusq coni*
ubi-cumque = quocumque loco
udus -a -um = umidus
ulcisci ultum = 1. ulcisci iniuriam: punire eos qui iuniuriam fecerunt; 2. aliquem ulcisci: necem alicuius ulcisci
ultimus -a -um *sup* <ultrà = 1. postremus; 2. extremus; 3. ultimo excidio: ultimo excidii tempore; 4. ad ultimum: ad extremum, ad postremum, postremò
ultor -ris *m* = 1. qui ulciscitur; 2. ultor alicuius: qui aliquem ulciscitur
ultra +*acc* = 1. ↔ citra; 2. supra
ultrà = nihil ultrà: nihil aliud
ultrix -icis *f* = quae ulciscitur
ultrò = 1. suâ sponte; 2. sine causâ; 3. non petens; 4. u. citròque: huc et illuc, inter nos, invicem
ululatus -us *m* <ululare
umbra -ae *f* = 1. ↔ sol; 2. phantasma; 3. sub umbras: ad Inferos
unà = 1. unà cum: simul cum; 2. unà: unà cum eo
unda -ae *f* = parvus fluctus
unde = 1. ↔ quò; 2. a loco/parte qui/quae; 3. a quo/quibus
un-de-vicesimus -a -um = XIX
undique = ex omnibus locis/partibus
unguis -is *m* = manus/pes animalium secans
unice = admodum, singulariter, valde
unicus -a -um = unus et solus
unus -a -um = 1. I; 2. solus; 3. primus; 4. quidam; 5. ad unum omnes: omnes uno ore
unus-quisque = singuli
urgêre = 1. premere; 2. instare
usquam = ullo loco
usus -us *m* = 1. <uti; 2. usu: occasione; 3. mos, consuetudo; 4. usu venire: evenire; 5. usui esse: utilis esse
ut/uti *adv* = 1. tamquam, idem atque/ac; 2. eodem modo quo; 3. verbi gratiâ; 4. ut +*adi*, v.g. ut piger discipulus: piger ut sum/es/est, quia piger sum/es/est
ut/uti *con* = 1. eodem modo quo; 2. ut +*coni*, v.g. volo ut venias: ut completivum, sensum verbi complet (id. ac "volo te venire"); 3. ut +*coni*: ad +*ger*, quia vult +*inf*; 4. (tam, ita, sic, et cet.) ut +*coni*: ut consecutivum, quod sequitur ex alterâ oratione; 5. fit ut +*coni*: ut completivum; 6. mos est ut +*coni*: more fit ut; 7. ut +*coni*: quomodo; 8. ut primùm +*perf* = cùm primùm; 9. ut +*perf*: ut primùm, postquam
ut-cumque = quocumque modo
uter-que utra-que utrum-que = 1. et unus et alter (diverso tempore); 2. utrique: uterque; 3. utrique: et unus et alter (nomina sensu plurali, ut populus)
uti/utî = ut, utinam
utilia -ium *n pl* = res utiles
utilis -e = qui prodest (↔ inutilis)
utilitas -atis *f* < utilis
utpote = scilicet
utrimque = ab utrâque parte
utrobique = utroque loco, utrâque parte
uxorius -a -um = qui uxorem habet

V

vacuus -a -um = 1. qui nihil continet; 2. vacuus aliquo: sine aliquo
vadere -sisse = ire, procedere
vadum -i *n* = aqua humilis (↔ altum)

vagari = 1. errare; 2. mente errare
vagina -ae *f* = res in qua gladii conduntur
vagitus -us *m* <vagire
vagus -a -um = errans
valêre = 1. ↔ aegrotare; 2. validus esse; 3. vale!: id dicit qui discedit; 4. animo valêre: sapere
valetudo -inis *f* = 1. salus, <valêre; 2. mala valetudo
vallare = protegere
vallus -i *m* = palus ad castra munienda
vanus -a -um = vacuus, frustrà factus
varietas -atis *f* < varius
vastare = 1. vastum (desertum) facere; 2. delêre
vastus -a -um = 1. ingens et desertur; 2. horrendus
vates -is *m/f* = 1. homo qui divino modo res futuras praedicit; 2. poeta/poetria
vectigal -alis *n* = pecunia rei publicae solvenda
vectigalis -e = qui vectigalia pendit
vehemens -entis = violentus, acer
vehementer *adv* = valde
vehiculum i *n* = currus
vel *adv* = 1. etiam; 2. aliter; 3. vel +*sup:* sane
vel *con* = sive, seu (=si vis, ad arbitrium, saltem, quod idem est, et cet.)
velare = veste operire
velim +*coni* = utinam
velle voluisse = 1. voluntas alicui esse; 2. v. esse: vocare; 3. sibi v.: significare
venalis -e = qui vênit, qui emi potest
venari = feras persequi et occidere
venator -oris *m* = qui venatur
venenatus -a -um = venenus gerens
venenum -i = cibus vel potio quae mortem affert
venia -ae *f* = 1. gratia qua ignoscitur facto; 2. veniam dare: ignoscere
venire venisse ventum = 1. huc ire; 2. oriri, nasci; 3. ventum est: venerunt
vên-ire -eunt -iisse = vendi (*pass*)
venter -tris *m* = 1. pars corporis infra pulmones, quò it cibus esus; 2. ventrem ferre: gravida esse
ventitare = saepe venire
venun-dare = vendere
verbum -i *n* = 1. pars orationis; 2. vocabulum; 3. verba facere/habêre: loqui; 4. verba dare: illudere
vergere (in partem) = spectare, verti
versare = 1. hùc illùc vertere; 2. in animo versare: excogitare; 3. reputare
versari = 1. hùc illùc moveri, errare; 2. in periculo v.: in periculo esse, implicari; 3. habitare; 4. volvi, in orbem moveri, verti
vertere -tisse -sum = 1. se movêre ad aspiciendum id quod est post tergum; 2. ad aliquem vertere: ad aliquem spectare; 3. verti: circum moveri; 4. se vertere: mutare; 5. vertens: qui vertitur
vertex -icis *m* = 1. aqua quae vertitur, gurges; 2. pars summa, culmen; 3. pars a medio remotissima
verum -i *n* = 1. id quod verum est; 2. bonum et aequum; 3. veri similis: qui verus esse videtur
verus -a -um = 1. is cui error non est, ↔ pravus; 2. ↔ fictus; 3. certus, ↔ dubius; 4. verum esse: rectum esse, oportêre; 5. verius: potius
vesci = (carne) vesci: cibo uti, (carnem) êsse
vestibulum -i *n* = locus clausus ante ianuam
vestigium -i *n* = 1. pes humi impressus; 2. aliquid in aliquo impressum 3. quod reliquum est; 4. in vestigio: in loco ubi statur; 5. vestigia: pedes
vetare -uisse -itum ↔ permittere
vetus -eris *sup* veterrimus = antiquus
vetustas -atis *f* <vetus
vetustus -a -um = vetus
vexare = 1. male tractare; 2. identidem aggredi, vastare
vexillum -i *n* = signum militare
via -ae *f* = 1. linea terrae munita ad iter faciendum inter urbes; 2. linea terrae munita inter urbis domos/vicos; 3. iter; de viâ fessus: itinere f.; 4. modus agendi; 5. viam facere: iter facere

viaticum -i *n* = pecunia ad viam (:iter) necessaria
vicem, per v. = invicem
vicesimus -a -um = XX
vicinitas -atis *f* < vicinus
vicinus -a -um = qui propè habitat
vicissim *adv* = contrà
victima -ae *f* = hostia
victrix -icis *f* = femina victoris
vicus -i *m* = 1. pars urbis, viae domûsque; via quae per vicum fert; 2. parvum oppidum
videlicet (< vidêre + licet) = scilicet
vidêre vidisse visum = 1. oculis accipere, sentire; 2. aspicere; 3. curare; 4. videri: similis alicui esse; 5. videri: putare, existimare; 6. videri: cogitare, mente creare; 7. patribus (senatoribus) videtur: placet patribus, patres volunt; 8. reputare; 9. curare, cavêre
vidua -ae *f* = mulier quae maritum amisit
vigêre = valêre, vivus ac validus esse
vigil -is = vigilans
vigilia -ae *f* = 1. una ex quattuor partibus in quibus nox dividitur; 2. vigiliae ↔ somnus
vigor -oris *m* = vires
vilitas -atis *f* < vilis (↔ carus)
vincere vicisse victum = 1. aliquis certamine validior quàm alius esse; 2. hostes proelio caedere; 3. probare, demonstrare aliquid certum esse
vinclum -i *n* = vinculum
vinculum -i *n* = id quod aliquis vincitur
vindicare = 1. ulcisci; 2. v. in libertatem: liberare
vinea -ae *f* = 1. agrum in quo vites crescunt; 2. machina e ligno effecta sub qua milites telis tuti ad moenia procedunt
violare = 1. (rei sanctae) vim afferre; 2. frangere (fidem et c.)
violenter *adv* < violentus
violentus -a -um = qui vi utitur, ferox
virginitas -atis *f* < virgo
virgo -inis *f* = femina quae nondum habet maritum
virilis -e <vir = 1. stirps virilis: filius; 2. viri, ut vir; 3. toga virilis/pura: toga alba sine purpurâ quam Romanus pubes sumit positâ togâ praetextâ
viritim = per singulos viros
virtus -utis *f* <vir = 1. (militis) virtus: fortis animus; 2. indoles et ingenia viri bona
vis vim vi *f* = 1. potestas; 2. impetus; 3. alicui vim afferre: alicui malum dare; 4. magna vis (alicuius rei): magna copia; 5. multitudo; 6. (vocabuli): significatio; 7. robur, magnitudo
visere -sisse = 1. visum ire; 2. spectandi causâ adire
visu *sup II* <vidêre
visum -i *n* = quod videtur
visus -us *m* = visum
vita -ae *f* = 1. <vivere; 2. vitam agere: vivere
vitis -is *f* = 1. arbor quae uvas dat; 2. virga centurionis vite facta
vitium -i *n* ↔ virtus
vituperare ↔ laudare
vivus -a -um = 1. qui vivit; 2. fluenti
vix-dum = vix adhuc
vocare = 1. nomen alicuius dicere ut huc veniat; 2. appellare; 3. alicui dicere 'eum ad locum venire velle'; 4. in crimen vocare: accusare; 5. in periculum vocari: in periculum venire
volitare = hùc illùc volare
volucris -is *f* = avis quae volat
voluntarius -a -um ↔ coactus
voluptas -atis *f* = quod delectat, res iucunda (↔ dolor)
volutare = volvere
volvere -visse volutum = 1. circum (in orbem) agere/vertere; 2. (cum) animo volvere: reputare; 3. volvi: verti; 4. volvi: versari, in orbem moveri, verti
vorago -inis *f* = 1. locus quo naves fluctibus vorantur (:merguntur); 2. locus cuius fundus altissimus est
vovêre vovisse votum = (deo) promittere
vulgaris -e = qui vulgò fit
vulgò *adv* = inter vulgus, passim

vulgus -i *n* = populus, plebs
vulnus -eris *n* = 1. id quod in corpus accipit eum qui pulsatus est; 2. dolor
vultur -is *m* = avis quae corporibus mortuis vescitur

Z
zona -ae *f* = quinque sunt zonae mundi, quae velut cingulus globum terrestrem complectuntur: duae frigidae extremae, una torrida media, duae temperatae inter extremas et mediam
Zephyrus -i m = Favonius, ventus qui ab occidente flat

NOTAE

abl	ablativus
acc	accusativus
act	activum
adi	adiectivum
adv	adverbium
c., cet.	ceteri -ae -a
comp	comparativus
coni	coniunctivus
dat	dativus
decl	declinatio
dep	deponens
f	femininum
fut	futurum
gen	genetivus
ger	gerundium, gerundivum
imp	imperativus
imperf	imperfectum
indecl	indeclinabile
inf	infinitivus
loc	locativus
m	masculinum
n	neutrum
nom	nominativus
part	participium
pass	passivum
perf	perfectum
pers	persona
pl, plur	plural
plusq	plusquamperfectum
praep	praepositio
praes	praesens
sg, sing	singularis
sup	superlativus, supinum
v.	vide, versus
voc.	vocativus
=	idem atque
↔	contrarium
:	id est
/	sive
<	factum ex
>	fit
|	finis thematis

BIBLIOGRAPHIA

Charisii Ars Grammatica. K. Barwick, 1964

Doderlein, L. Hand-book of Latin Synonymes. Trad.: Arnold, H. H. London: Gilbert, J. & Rivington, J., 1841

Forcellini, Aeg. Lexicon Totius Latinitatis.

Giangoia, R. E. Vergilii Bucolica Carmina. Accademia Vivarium Novum, 2008

Lewis, C. T. & Short, C. A Latin Dictionary. <http://www.perseus.tufts.edu/hopper/text?doc=Perseus:text:1999.04.0059>

Ørberg, H. Lingua Latina Per Se Illustrata: Pars I: Familia Romana. Dania: Domus Latina, 2005

Ørberg, H. Lingua Latina Per Se Illustrata: Pars II: Roma Aeterna. Dania: Domus Latina, 2003

Ørberg, H. Lingua Latina Per Se Illustrata: Indices. Dania: Domus Latina, 2002

Ørberg, H. Ovidii Ars Amatoria. Domus Latina, 2010

Ørberg, H. Petronii Cena Trimalchionis. Domus Latina, 2003

Ørberg, H. Plauti Amphitryo Comoedia. Domus Latina, 2003

Ørberg, H. Sermones Romani. Domus Latina, 2004

Mir, J. M. (dir.). VOX: Diccionario ilustrado latino-español español-latino. Barcelona: Bibliograf S. A., 1996

RAE. Diccionario de la lengua española: Vigésimo segunda edición. <http://buscon.rae.es/>

Wagner, F. Lexicum Latinum seu Universae Phraseologiae Corpus Congestum. Trad.: Borgnet, A. Brugis, 1878